¶Primus ignis infernalis est ignis luxurie Ezech.octauo.Ab aspectu lumborum eius deorsum ignis.A lumbis enim deorsum sunt instrumēta luxurie. hic autem ignis est denigratiuus.Vnde infernales nigri pinguntur propter obscuritatem culpe ⁊ pene. Ignis autem luxurie ō nigrat per sumuz ifamie Joel tertio.Dabo prodigia in terra deorsum sanguinē ignem ⁊ vaporem fumi .Terra deorsum est caro de terra sumpta.que est pars hominis infima.ex cuius videlz luxurie plurimum sequitur sanguis.i.sanguinī effusio ⁊ ignis .i.concupiscentie inflāmatio ⁊ etiam vapor fumi.i.fame denigratio.Itē iste est ignis consūptiu⁹. Job.xxxj. Ignis est vsqz ad consūptionez deuorans.Deuorat enim luxuria vsqz ad cōsūptionez anime per gratie expulsionez: vsqz ad cō sumptionez vite per humoris resolutionem.⁊ vsqz ad consumptionē tēporal substātie p diuitiaz effusionē. Luce.xv. Dissipauit substatiā suā viuēdo luxurioſe. Item iste ignis est detētiuus non.n.ex igne iferni pōt aliquis erui nisi diuio miraculo.sicut erutus ꝺ⁹ Lazar⁹ resuscitatus a xpo.Vnde dicit q⁹ postea nūq⁹ risit ex horrore illaz penaz iferni quez cōceperat.Sic etiaz ex igne luxurie nō potest aliquis liberari nisi diuio miraculo ⁊ gratie ipsius suffragio Sapiēn.viij. Nō possum eē continēs nisi deus det.Vnde necessaria est sanctorū oratio ad talē gratiam impetrandam. Numeri.xi..Orauit Moyse ⁊ absorptus est ignis .Item iste ignis luxurie est fomentoruz susceptiu⁹ Siquidem hunc ignem luxurie nutriūt ⁊ fouent iuuenuz lasciuie Psalmista.Juuentus eorum comedit ignis scilicet luxurie.Item diuinarum copie Psalmista.Exarserunt sicut ignis in spinis.Spine enim dicunt diuitie propter pūctionem solicitudinum que multum tū luxurie prebent oportunitatem Itez deliciarum affluentie. Job.xxix.Terra de q̄ oriebatur panis sez deliciaruz i loco suo igne subuersa est. Item ornamentorum pompe que homines alliciunt ⁊ apetitū accendunt Jsaie.xi Gloria eius succensa dabit ignem ⁊ vermes.ignem idest ardorem concupiscētie.⁊ vermes idest corruptionez luxurie.vel vermes idest remorsus conscientie. ¶Secund⁹ ignis scilicz igens sulphure⁹ est ignis auaritie.qui vt delicz est insaciabilis. Prouer.xxx. Ignis nunq⁹ dicit sufficit. Eccl. v. Auaritia non implebitur pecunia. Item ē extinguibilis. Jsa.lxvi. Ignis eorum non extinguetur.⁊ ppterea assimilat igni sulphureo. Dicitur enī q⁹ quedaz caverne sūt i monte ethne que semper ardēt ⁊ h⁹ pē abundātiam sulphuris. cuius ꝓprietatem tenet auaritia.q̄ semper ardet.ps Pluit sup peccatores laqueos ignis sulphur ⁊c. Et dicit laqueos ignis q: p auaritiaz multi illaqueātur a diabolo.j.Thimo.vi.Qui volunt diuites fieri incidūt intentationē ⁊ i laqueuz diaboli. Itē iste ignis semper est augmentabilis q: crescēte pecunia crescit etiam amor nūmi. Sic etiam augmentatis lignis crescit ignis.
¶Tertius ignis sez fulguris est superbie Ezech.i.De igne fulgur egredies. hic est ignis descēdens siue ruens per defectionem. Nam licet supbus primo ascendat per elcuationez tamen postea ruit p defectionez Job primo. Ignis cecidit de celo.hic ignis de celo cadens fuit superbia angelorum qui de celo ceciderunt per superbiaz. Sicut enim vapor fulguris primo ascendit nube inclusus.sed postea cū impetu descēdit a suo cōtrario expulsus Jta accidit ꝑmo angelo superbiēti.Vnde dominus dixit.Videbaz sathanam sicut fulgur cadentez ⁊c. Item hic ignis est ardens p ambitionem.ps. Exarsit ignis in synagoga eorum. Itez hic ignis est fumescens per ostētationem. Exo.xix. Mons synai fumigabat. Mōs synai altitudo superbie. Item est nocens oculis per offuscationem Apo.ix.Dicitur q⁹ de fumo egrediente de puteo obscuratus est aer ⁊ sol.
¶Item peccatum assimilatur nubi propter sex. ¶Primo nubes ad modū spōgie tota est cauernosa vana ⁊ vacua nul-

la stabilitate suffulta sed a vētis hincide deducta. Quia homo qui in peccato exi stit omni bono est vacuus tot⁹ in operi bus est inanꝫ i nullo bono proprio situ firmus sed magis a vento idest a tētatio ne diaboli vel vanitate mundi ad ōnia mala deductus Unde in epistola Judei. hi sunt nubes sine aqua que a ventis cir cūferuntur. ¶ Secundo qr nubes ē ex grossis ⁊ terrestribus vaporibus genera ta. quod competit specialiter auaritie q̄ est ex terrenis ⁊ metallicis desideriis cau sata Hieremie qnquagesimo primo. Qui leuat nubes ab extrēo tere. ¶ Tertio qr nubes aliquando est obscura ⁊ ideo sola rium radiorum occultatiua. qr peccatus dum animam obtenebrat ⁊ obscurat vi dere non finit irradiatōes diuinas. Exo. xiiij. Erat nubes tēebrosa. ¶ Quarto qr nubes sicut resoluta i pluuiam est valde proficua sic resoluta i ventum est valde nociua. Quia tempestatis est i mari ⁊ in terra generatiua. ⁊ ex collisione sua aerꝫ inflammatiua. ⁊ corruptionis ⁊ tonitrui causatiua. ⁊ maxime illa que ex vaporib⁹ f ctidis ⁊ putridis generata valde est ifectiua ⁊ corruptiua. Hec autē precipue cō petunt vicio superbie que omnia pertur bat rixas generāt. corda ad mala inflam mat ⁊ perturbat ⁊ tōitrua timoris ⁊ mo rum corruption em causat. ij Reg. xviij. Celi obtenebrati sunt ⁊ nubes ⁊ vētus ⁊ Eze. xxx viij. A scendens quasi tempestas venies ⁊ quasi nubes ⁊ operies terra. ⁊ in ps. Nubes transierunt grando ⁊ car bones ignis. Et iterum in ps. Vocem de derūt nubes sc̄z tonitrui sm illud. Vox tōitrui tui in rota Exod. xix. Ceperūt an diri tonitrua ⁊ micare fulgura ⁊ nubes densissima operuit mōtes. ¶ Quito quia nubes est hominū deceptiua qr cū fuerit nubes ex siccis vaporibus generata p tendit aquam esse futuram. sed i fine cau satiua vēti ⁊ turbinis ē persolutiua. Ita peccatum mortale omnes homines decī pit. qr dū suauia ⁊ saporosa promittit in fine nihil aliud ꝙ penam inferni persol uit Prouer. xxv. Nubes ⁊ ventus ⁊ plu uia non sequēs vir gloriosus ⁊ promissa non complēs. ¶ Sexto qr si nubes vna fit alteri contraria tempestatis ē causati ua. qr homis ad hominē discordia ē om nium malorum inductiua Ezech. xxx. Di es nubis tempus gentium erit ⁊ veniet gladius in egyptum. ¶ Item peccatus as similatur tōitruo ꝓpter quatuor. ¶ Pri mo quia tonitruum omnia conquassat. Eccl. xl. Substantie iniustorum sicut flu uius siccabuntur ⁊ sicut toritruum ma gnum in pluuia personabūt. ¶ Secūdo quia tonitruum cerebrū perturbat. quia sc̄z peccatum rationem offuscat. ps Ful gura multiplicauit ⁊ cōturbauit eos. ful gura cum tonitruis ꝓdeunt Apoca. iiij. Procedebāt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua ¶ Tertio quia tonitruum timorē gene rat. ps. A voce tonitrui tui formidabūt. Et similiter peccatum pauorem causat. Prouer. x. Pauor his qui operātur ma lum. ¶ Quarto quia tonitrū vinum in dolium mutat. Ita peccatum mutat vinum charitatis in vinum corruptū iniquitat. Unde fit per peccatum pessima mutatio anime de statu gratie ad statum culpe ⁊ a spe glorie ad reatum gehēne Isaie. xxix. Visitabūtur in tonitruo ⁊ cōmotiōe ter re. ¶ Item peccatum assimilatur mari. ¶ Primo qr est timoris incussiuum. ⁊ h pertinet ad peccatus auaritie. quia auar⁹ si non habet semper est in solicitudine lu crandi. sed si habet sēper est in timore p dendi. Osee undecimo. Formidabūt fi lij maris. ¶ Secundo quia mare est ama ritudine sua dulcedinem fluminū ⁊ fon tium absorbiū. Ita luxuria amaritudi ne sua absorbet dulcedinem precedētius delectationem. Prouer. v. Mouissima il lius amara quasi absinthium Apoc. viij Multi homines mortui sūt de ags qr amare facte sunt Boetius. Voluptates tristes habere exit⁹ qsquis libidinus su arus recordari volet intelliget. ¶ Tertio quia mare ē appetitus cibi ⁊ potus abla tiuum. Hoc facit facietas ⁊ dilitiositas gule. quia viuentes indelicijs perdūt ap petitum corporalem ⁊ spūalem. Unde et

ſapientia que a ſapore dicitur quia ſaĕ ſu
perna ſapere. ſm illud apoſtoli. Col. iij.
Que ſurſum ſunt ſapite. dicitur non eſſe
cum mari neq; inter delicioſos reperiri.
Job. xx viij. Sapientia vbi inuenit et qs
eſt locus intelligentie: Neſcit homo pre
cium eius nec inuenitur in terra ſuauiter
viuentiuꝫ. Abyſſus dicit. Non eſt in me
⁊ mare loquitur nõ eſt mecum. ¶ Quar
to quia mare cuꝫ nebulas ⁊ nubes gene
rat eſt caliginis ⁊ obſcuritatis in aere in
ductiuum. Hoc competit ſuperbie q; p
pter ambitiones honorum ⁊ dignitatuꝫ
offuſcat intellectum ⁊ rationem. vt ſcz p
priam menſuram homo non videat nec
attendat. Et ideo ſuperbus aſſimilat dor
mienti qui habet ſenſus vapore ſomni li
gatos ⁊ offuſcatos. Prouer. xxiij. Eris ſi
cut dormiens in medio mari ¶ Quinto
quia mare eſt radiorum ſolis interempti
uum. Et hoc cõpetit inuidie que radios
ſolis idest gratias' datas a deo impedire
⁊ intercipere conatur. Et ideo inuidi qui
aliorum gratiam offuſcare conantur ⁊ ali
quando hic confunduntur ⁊ tandem ad
eternas tenebras perducuntur. Vnde di
citur in epiſto. Jude. Vi ſunt fluctus feri
maris diſpumantes ſuas confuſiones ſi
dera errantia quibus procella tenebrarũ
cõſeruata eſt in eternum. ¶ Sexto quia
mare eſt ſui coloris immutatiuũ. Et hoc
competit ire. q; dum hõ irascitur mutat
faciem ⁊ colorem Ezech. i. Apparuit rota
vna iuxta animalia habẽs quatuor facies
⁊ aſpectus rotarum ⁊ opus earũ qua
ſi viſio maris. Talis rota eſt homo irat⁹
qui ſtridẽdo ⁊ clamando vadit ⁊ mouet
⁊ per impetuꝫ ire ſequitur animalia bru
ta q; efficitur ſimilis feris crudelib⁹ ⁊ im
petuoſis. Et habet quatuor facies ⁊ gra
dus: vnaꝫ p̃out ira eſt in corde. aliam p
ut effunditur ore. ſcz i verbis clamoroſis
⁊ cõtumelioſis. tertiam p̃out p̃oditur p
aliquod aliud ſignum ſiue oris ſiue digi
torum ſicut Italici intercludunt pollicẽ
inter duos digitos collaterales qõ vo
cant facere ficum ſiue filbertum vt gram
matici dicunt vel alio ſigno ꝓſimili. quar
ta cũ opera perficitur percutiẽdo vel oc
cidendo. ⁊ aſpectus vultus variat ⁊ mu
tatur ſicut mare. ij. Machab. iij. Facies et
color immutatus declarabat internum
animi dolorem. ¶ Septimo quia mare
eſt caloris ſolaris repreſſiuum. Et hoc
competit accidie que ſua frigiditate re
primit calorem ſolarem. idest amoris ſpi
ritualis feruorem ⁊ aliquando accidia ip
ſum ſpiritualem ⁊ vitalem claorem idest
amorem totaliter in anima extinguit et
mortem ſpiritualem inducit Apoca. xvi
Omnis anima viuens mortua eſt in ma
ri. ¶ Item peccatum aſſimilatur lacui.
¶ Primo ratione retentionis quia ſm
Iſidorum Lacus dicitur quaſi locus a
que. quia ſtat et non fluit: Mam aquas
recipit alijs non effundit. Et ideo ꝓpter
quietem eſt aquis ceteris groſſior et ad
potandum peior. Et hoc competit pec
cato auaritie. quia auarus bona que reci
pit ⁊ congregat ſibi ſoli retinere conatur
⁊ alijs non infundit vel communicat lar
giendo. vnde vult ſemper recipe ⁊ nunq̃
tribuere. Hec ſcilicet auaritia vel cupidi
tas eſt quodammodo ceteris aquis dete
rior q; ſicut Apoc. dicit. Radix omnium
malorum eſt cupiditas Auari ergo ⁊ cu
pidi q; intendunt ſolum ad cõgregandũ
⁊ cumulandum diuitias mundi congre
gabuntur ipſi ⁊ colligabũtur ſimul in la
cu. idest penis inferni. vt ſicut profunda
ti ſunt i lacum auaritie ita profundenť
in lacum miſerie Iſaie. xxiij. Congrega
buntur congregatione vnius faſcis in la
cum ⁊ claudentur ibi in carcere. et tangit
duplices penam que reſpondebit duplici
culpe. Mam q; fuerunt auidi ad congre
gandum. ideo cõgregabuntur congrega
tione vnius faſcis in lacum. q; vero ma
num habuerunt ad largiendum clauſam
ideo claudentur ibi in carcere. ¶ Secun
do ratione indurationis. Mam in reati
nis paludibus ⁊ lacu dicũtur tumentes
vngule indurari. Quaſi autem vngule tu
mentes ſunt mentes peccatorum que
maxime per ſuperbiam indurantur Da
niel. vi. Miſerunt eum in lacum leonuꝫ

Quasi enim lacus leonum est malicia et crudelitas superborum. ⁊ talis crudelitas ⁊ feritas idurat cor superbi Job. xl. Cor eius idurabitur quasi lapis. ¶ Tertio ratione summersionis. Mas in fide est lacus in quo nihil natat sed omnia sumergũtur. ⁊ hoc pertinet ad vicium gule. qđ primo parentes nostros cuz tota posteritate summersit. Et multi sũmergũtur hodie in aquis deliciarũ. Vnde gulosus similis est Dauid qui desiderauit aquam de lacu idest sũptuositatem ⁊ deliciositatem gule. ij. Reg. xxiij. Desiderauit Dauid aq̃ de lacu ⁊c. ¶ Quarto ratione ebrietatis. Mam in italia dicitur esse lacus qui bibentibus tedium facit. Hoc pertin et ad iram que quando excrescit nimis q̃si vinuz inebriat ⁊ rationem absorbet. ⁊ ideo hõ tracundus est etiam socijs ⁊ amicis in tedium ⁊ grauamen. Quia enim homo iratus quasi cecus in homines impingit ex eo q̃ rationis ⁊ veritatis consiliũ seu iudiciũ non expectat Psal. Nõ expectabunt qui descendunt in lacum veritatez tuã. ¶ Quinto ratione profundationis. Mam in quodam lacu iudee seu palestine nihil viuum vel habens animaz põt mergi vel ꝓfundari. Et hoc ptinet ad viciũ accidie quo nõ absorbetur vl' mergit qui hz aiaz viuentẽ p charitatez qz charitas qua aia sp̃ualiter viuificatur nunq̃ ẽ ociosa seu accidiosa. Vnde quando preeminet in anima nõ finit animam cadere in lacum accidie. Et si aliquis labit in vitium accidie sicut crescit accidia ita labit ⁊ perditur ipa sp̃ualis vita Treñ. iij. Lapsa est in lacum vita mea. ¶ Sexto ratiõe variationis. qz in traconitide ẽ lacus ter in die dulcis ⁊ totiẽs amarus vt dicit Isidorus. Hoc aũt cõpetit inuidie. q̃ quotiens ex vna pte dulcorat ⁊ delectat toties ex altera ꝑria amaricat ⁊ contristat. Letatur. n. inuidus ⁊ exultat de dãno p̃rimi tripliciter. s. de dãno psone. de dãno substantie. ⁊ de dãno fame siue honoris ⁊ glorie. Sed ecõtrario tripliciter amaricatur. s. de prosperitate psone. de augmẽtatione substantie. ⁊ de exaltatione fame ⁊ glorie. Et ex tali varietate ⁊ tristicia inuidia est quedam miseria. vere. n. miser ẽ qui de aliqua miseria letus est. Sz adhuc miserabilior censet qui de alterius felicitate torquet. Vnde de lacu huius miserie se eductũ a deo letabatur prophꝫ dicẽs. Exauduit preces meas ⁊ eduxit me de lacu miserie. ¶ Septimo rõne generationis qz lacus sodomorũ dr̃ mare mortuũ. ☞ Mare pp suam magnitudinez. mortuũ qz nihil generat viuuz. Vñ nec pisces hz nec volucres ⁊ ideo illud refertur ad vicium luxurie. peipue sodomiticũ cuꝰ actus non ordinatur ad generationem sed solum ad delectacionem. Et iõ vocatur vicium cõtra naturã. ex eo q̃ natura actũ carnis ordinauit ad generationem prolis. Et iõ est viciũ magnũ prouocans irã dei Apoc. xiij. ☞ Misit in lacuz ire dei magnũ ⁊ calcatus ẽ lacus. ¶ Irẽ peccatũ assimilat fonti pp tria. ¶ Primo pp occupationẽ auaritie. q̃ circa terrena intẽdit Ecñ. ij. Fons ascẽdebat de terra irrigans ⁊c. ¶ Scõo pp ardorẽ luxurie Eccl. xxvi Sicut viator sitiẽs ad fontem os aperit ⁊ loqtur de muliere luxuriosa. ¶ Tertio pp corruptionẽ societatis pure q̃ rũpit p malũ exẽplũ Prouer. xxv. Fons turbatus ⁊ vena corrupta. Irẽ peccatũ i ꝓscia clausuz ẽ cã timoris ⁊ periculi sicut vapor siccus siue vẽtus inclusus in visceribus terre ⁊ coartatus aliquo ꝓsimili supueniẽte ⁊ cõprimente ipm ⁊ nõ valẽs expirare pp profunditatẽ terre ⁊ soliditatem cõcutit terrã sibi obuiãtẽ ⁊ obstantẽ ⁊ sic causat terremotũ ⁊ facit terrã tremere. ⁊ aliqñ est cã magnorum periculoꝝ qz qñq̃ facẽ diluuia ⁊ effusiões aq̃ꝝ ⁊ hiatuũ qñq̃ scidit terrã ⁊ euertit eã ⁊ supibꝰ sit inferius. Ita similiter peccatum in ꝓscia clausum ⁊ retentũ est cã terremotus. i. timoris ☞ Math. xxvij. Viso terremotu ⁊ his que fiebant timuerunt valde. Senec. nihil timidum facit animuz nisi reprehensibilis vite conscia. Est etiam periculosum. tũ qz peccatũ qõ p pniam non delemor suo põdere ad aliud trahit. ⁊ sic ea cã cadẽdi sicut terremotꝰ facit cadere do

mos. Apo. xj. Terremot⁹ fact⁹ est magn⁹ ⁊ quarta ps ciuitatis cecidit: ⁊ ū etiam ga dū hō diuu⁹ in petō manet de⁹ eū subito pcutit ⁊ subuertit: sicut q̄dq̄ terremot⁹ subito fit q̄ cōmouet ⁊ subuertit. Actuū xvj. Subito terremot⁹ fact⁹ ē magn⁹ ita vt mouerent fūdamēta cē. Et ō bñ ꝓsulit Eccj. v. Ne tardes cōuerti ad dñm et ne differas de die in die: subito eī veniet ira illi⁹ ⁊ in tpe vindicte dispdet te.

Capm lix.

Peccator assimilat lune ꝓpter quattuor. ¶ Primo q: luna est solis eclipsati ua siue obscuratiua inter nos ⁊ solē interposita q̄n cōcurrūt sit in eadē linea ecliptica: ⁊ de ꝫ dictū est. s. ca. xl viij. Ita sit⁹ petri eclipsat ⁊ obscurat in aīa lumē rōnis: vel q: iterponit se petri inter nos ⁊ deū tollit anie lumē gre ꝓpter q̄ vie petr⁹ vocant tenebrose sm illud Prouer. iiij. Via impioꝝ tenebrosa. ⁊ Apls dicit Ro. j. Obscuratū est insipies cor eor⁹. Joe. ij. Sol conuertet in tenebras ⁊ luna in sanguinem. ¶ Scdo q: luna ē oculor⁹ viciatiua. Nā sm Ptolo. luna efficit hoiem male dispositū in oculis ⁊ in orāinatū. Efficit eī in homie vnū oculū maiorē altero aut strabonē siue orbū in vno oculor⁹. Et subdit Homo aūt in cuius complexiōe lune cōstellatio dominū habuerit vicio in oculo nō carebit. Ita similiter peccatores in oculis mentis prave sunt dispositi: quia oculum ad terrena habent magnum: sed ad spiritualia paruū. Et similiter hypocrite qui vident festucā in oculo fratris sui: trabem autē in oculo suo nō vidēt. Habent oculum ad videndū se paruum ⁊ ad videndum alios magnū. Specialiter invidie vitium vel ire videtur facere hominem in oculis prave dispositū. Vnde de Saule hoste Danid dicitur. j. Reg. xviij. q̄ iam nō recte oculis respiciebat saul danid. Sed talem aspectū invidie auferunt iusticia ⁊ pax. Nam pax removet odium: iusticia rectificat aspectum ⁊ actū. Vnde in psalmo. Orietur in diebus eius iusticia ⁊ abundātia pacis donec auferatur luna. Tertio quia luna est temporalium eventuū indicatiua. Eccj. xlij. Luna in omnibus in tempore suo ostensio temporis ⁊ signum eui. Luna enim vt dicit Beda si in principio rubeat vt aurū ventos ostendit. Si in summo eius corniculo maculis quibusdam nigrescat pluuiosum mensis pretendit exordium. Si vero nigrescit in medio plenilunium serenum. Cum vero in doctrina navigationis scintillat ad rhemos: in breui tempestas futura erit. Que omnia peccatoribus competunt. Quoꝝ quidā sunt rubētes per ignita desideria. Quidam nigrescentes per turpia opera. Et aliqui scintillantes per prava eloquia. Item quidā sunt ventosi per superbiam. quidam pluuiosi siue aquosi per luxuriam. quidam vero sereni videri volunt per vanam gloriā. quidam tempestuosi ⁊ inquieti siui. per cupiditatem ⁊ auariciam. ¶ Quarto qa luna est sui status mutatiua: nec vnq̄ in eodem statu permanſiua. Et est luna nō solum in se mutabilis sed etiā in effectu. Nam vt dicit Ptolo. luna efficit hominem instabilem ⁊ mutabilem de loco ad locum discurrendo. Est etiam in hominibus quadruplex mutatio que adhuc designatur in luna. ¶ Prima est nature sm q̄d homo variatur per quattuor etates. Prima est augmētatiua. s. in iuuentute. Secūda est statiua: que. s. dicit virilis. Tertia dicit diminutiua. s. virtutis: ⁊ hec est senectus. Quarta est decrepita siue senium que minuit substantiā ⁊ virtutem. Hec mutatio etatum sm Ptolo. in alma gesti accipitur sm circulū lune que quadrupliciter variatur. Nam primo luna crescens quousq̄ efficiatur dimidia est i effectu suo calida ⁊ humida: ⁊ talis ē prima etas. Deinde luna vsq̄ ad plenilunū est calida ⁊ sicca: ⁊ talis est secunda etas in qua hominis cōplexio calido paulatim humidus consumente efficitur calida et sicca: tertio luna cadens a plenilunio q̄usq̄ redeat ad medietatē est frigida ⁊ sicca: ⁊ talis est etas tertia in qua cōplexio: qa

cum humido egrediēte deficit calidū effi citur frigida ⁊ ficca. Quarto luna a medio vsq; ad defectū est frigida ⁊ humida: ⁊ talis est etas quarta in qua complexio: quia frigiditate mualescente inducit humidum extraneū nō nutriens nec augēs sed humectans extrinsecus quod est humidum phlegmaticū efficitur frigida per se ⁊ humida per accidens. ¶ Secūda mutatio est fortune prout homo variatur ſm diuersos euentus bonos ⁊ malos ꝺs etiam luna signat. Nam luna vt dicunt Ptolo. ⁊ Albuma. aliquādo significat et efficit euētus malos: aliqñ vero bonos. Nam in secūdo signo existēs post ascendens merorē designat ⁊ tristiciā ⁊ ablationem substātie per furef. Et etiam in quarto quinto ⁊ octauo rixam fugā ⁊ mutabilitatem. In ipo etiam signat q̄ qui tūc incipit regnare cito deponetur. In. xij. autē impedimentū rixam duriciē ⁊ carcerem ex parte amicorū. In omnibus aliis domnibus siue signis bonum efficit ⁊ pretendit. ¶ Tertia mutatio est culpe quam etiam sacra scriptura mutabilitati lune assignat. Eccl. xxvij. Stultus autem vt luna mutatur. Nam luna apparet paruas cornicula ⁊ tunc dicitur monoides. quandoq; vero apparet quasi per mediū secta. ſ. quādo est octaua: vnde dicitur dicothomos. quādoq; vero nō apparet omīno plena. ſ. quādo est. xj. vnde dicitur amphitracos quasi de sua plena rotūditate dubia. quādoq; vero apparet tota plena ſc; quādo est. xiiij. vnde dicit grece panselenos. Ita peccatum paruū est quādo in cogitatu concipitur mediū cum cōsensu statuitur: integrū cum opere agitur: ſ; totaliter plenū cum in consuetudinem ducitur. ¶ Quarta est mutatio miserie ſm corporis defectū: de qua Job. xiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore: replet multis miseriis: qui quasi flos egreditur ⁊ cōteritur ⁊ fugit velut vmbra et nunq̄ in eodē statu pmanet ⁊c. Et hanc etiā luna ostendit dum minuit cadens a plenilunio in defectū. Eccl. xliij. A luna signum diei festi luminare quod minuitur in cōsummatiōe. Vnde significat vitā humanā que incipit a festo. i. a gaudio: quia lete suscipit homo cum nascitur: ſm illō Jo. xvj. Jam nō meminit pressure ꝓpter gaudiū q̄ natus est homo in mūdū. Sz tandem vita humana cōtinue diminuta consumit. Sed hec mutatio ⁊ diminutio cessabit in futuro post resurrectionem. Isa. xl. Luna tua nō minuet qa ds̄ erit tibi in lucē sempiternā ⁊ cōplebunt dies luctus tui. ¶ Itē peccator assimilat marti Mam Mars est planeta in effectu calidus ⁊ siccus masculinus ⁊ nocturn⁹. Ita peccator est calidus qñ feruescit p iracundiā. Eccl. xxviij. Anima calida quasi ignis ardens nō extinguit donec aliquid gluti at. Et homo nequā in ore carnis sue nō desinet donec incendat ignem. ſ. ire ⁊ alijs vel in se. Itē peccator est siccus dum marcescit per inuidiā. Nam sicut dicit poeta: Inuidus alteri⁹ rebus macrescit opimis. Inuidia (sicut dicit ps̄) est tristicia i alienis bonis. Et sicut dicit Prouer. iij. Spiritus tristis exiccat ossa. Itē est masculus cū resoluit per luxuriā: ⁊ precipue p̄ vitium cōtra naturā. Rom. j. Masculi relicto naturali vsu femine exarserūt in desideriis suis inuicem masculi in masculos turpitudinē operātes ⁊c. Itē ē nocturn⁹ p auariciā q̄ aniam precipue obtenebrat. Itē q̄ fures quos facit cupiditas p̄cipue de nocte ⁊ in tenebris furantur. Thes. v. Sicut fur ita in nocte veniet ¶ Itē petōrū vita assimilatur aque. ¶ Primo q̄ ē turbida p affectū cupiditatis. Hiere. ij. Quid tibi i via egypti vt bibas aquā turbidā: Via egypti via sollicitudinis. Aqua turbida auaricia temporalū. ¶ Secūdo qa est immūda ꝓtum ad lasciuiam carnis. Exo. iiij. Ad p̄cussionē virge moysi versa est aqua in sanguinē. vnde ps̄. Cōuertit aquas eor in sanguinē moysis xp̄us cui⁹ virga diabolus: de qua Isa. x. Ve assur virga furoris mei qui cum temptat p̄cutit. Sed aqua cōuertit in sanguinē cuius alia cōsentit ad carnis lasciuiā. Exo. xxviij. Vidi te cōculcare in sanguine tuo. ¶ Tertio q̄ est sterilis p accidēs. iiij. Regū. xx.

habek de aquis hyericho q̄ sterilles erāt. Et ideo viā peccatoris significant accidio si qui sterilis ē a fructu bone opationis. ¶ Quarto quia est frigida p̄ inuidie malicīā ardoris charitatis extinctinā. Ihek. vj. Sicut cisterna frigida facit aquā suam sic frigidā facit malicīā suam. ¶ Quinto quia infidelis per p̄sumptionē. Ihere. xv. Plaga mea desperabilis renuit curari: facta est mihi in mendaciū aquarū infideliū. s. foueas ⁊ herbas occultantium. ¶ Sexto quia est congelata per obstinationem. Ecēj. xxiij. Ventus aquilo flauit et gelauit cristallus ab aqua. Ventus aquilo est diabolica suggestio. Cristallus ē aqua summe congelata: ⁊ significat animā obstinatam ⁊ induratam. ¶ Septimo quia est amara per irā. Apoca. viij. Stella ardens cecidit in tertiā partē fluminū ⁊ in fōtes aquar̄ ⁊c. ⁊ multi homines mortui sunt de aquis q̄ amare facte sunt. Aq̄ amara sūt peccatrix: stella ardēs ira que cū cadit in aquā amaritudinē generat. i. rancorē. ¶ Octauo quia est maledicta per desperationē. Nume. v. Ingrediant aque maledicte in ventrē tuū ⁊ vtero tuo tumescē te putrescat femur. Pēter cōsciētia est aq̄ maledicte fluxibilitatis peccatōrū animā desperare facientes: ⁊ ex hoc sequit diruptio vteri que signat vehementiā doloris vermis interioris conscientiā corrodentis: ⁊ putredo femoris in qua significatur p̄uatio spei: eo q̄ in femore ē vis generatiua. ¶ Nono quia mortua est p̄ pene ipius illationē. Josue. iij. Aque inferiores. i. peccatores ad infima peccatorū descendentes descenderūt in mare mortuū. i. in amaritudinē mortis eterne. Et nota q̄ hee aque. i. peccatorum fluxibilitates sunt quadrupliciter dividende. ¶ Primo per donū fortitudinis qō signatur Gen. j. vbi dicit: Fiat firmamentū in medio aquar̄ ⁊ dīuidat aquas ab aqs. Firmamētū est donū fortitudinis p̄ quā diuiduntur aque culpe ab aquis gratie. ¶ Secundo per virgam penitētie quod signatur Exo. xiij. vbi p̄ virgā mop̄sū diuise sunt aque maris. Et erat aqua quasi murus a dextris ⁊ a finistris. Virga ē penitentia: ⁊ aqua a finistris vita peccatorū qui finistra querunt id est temporalia: aqua a dextris vita sanctorum qui querūt eterna. ¶ Tertio per arcas gratie. Josue iij. vbi dicitur q̄ cum portaretur arca p̄ fluuium iordanis aque diuise sunt: quia inferiores descurrebant in mare mortuum: ⁊ aque superiores crescebant. Arca est gratia: aque inferiores peccatores ad ima peccatorum defluentes quousq; veniant ad mare mortuum id est amaritudinem mortis eterne. Aque vero superiores sunt viri sancti qui semper in merito crescunt. ¶ Quarto per pallium charitatis sicut habek. iij. Reg. ij. q̄ diuise sunt aque p̄ palliū helie. ¶ Itē peccatoris cor affimilatur glebe terre: q̄ gleba si nimium fuerit indurata semen nō recipit et receptū in germen p̄rumpere nō p̄mittit: sed vomere sepe cōfracta semē tegit ⁊ nutrit ⁊ per pluuiā remollita ūndā in se pigue dinē colligit quā ad semis p̄ductionē radicib⁹ circūfūdit vt dicit Grego. Sic q̄q; cor hois si fuerit per peccati cōsuetudinem induratum semen spūalis doctrine vel inspirationis penitentie: aut nō recipit: aut si recipit fructum siue germē operis nō p̄ducit. Sed si vomere penitentie seu lingue confitentis peccatū sepe fuerit confractū tunc semen huiusmodi in eo recipitur ⁊ nutritur. Job. xxxix. Confringet glebas vallium post te. Glebe vallium sunt corda humiliter penitentiū: q̄ dū p̄fringunt aratro p̄nie suscipiunt semen spūalis doctrine ita q̄ auxilio pluuie. i. diuine gratie circūfusa radices affectionum mittunt. Ihere. xvij. Ad humorē mittit radices. Itē in germē operis p̄rumpit. Ezech. xvij. Plantabo illā ⁊ crūpet in germen ⁊ dignum fructū penitentie pariet. Isaie. xxvij. Iste est ois fructus vt auferatur peccatum. Affimilant etiaz peccatores fimbus terre: sm illud Pro. uer. xvij. Oculi stultorū in fimbus terre. Respicunt enim homines stulti magis ad fines terre q̄ ad medium. i. magis ad extrema vitiorū q̄ ad medium virtutū.

vnde magis eis placent opera peccatorum q̄ exempla iustor. Vocantur ergo peccatores fines terre. Primo quia terre fines sunt a medio remoti. Et ita etiaz similiter peccatores a medio salutis: de q̄ i ps. Opatus est salutem in medio terre. Itē quia sunt mali cōiuncti: quia. s. peccatores sūt amaritudini eterne damnationis vicini. Itē q̄ fines sunt vltimi. i. viles z despecti. Itē peccatoris anima assimilatur deserto: quia desertū ē locus ineptus habitationi humane: sm illud Job. xxxviij. Absq̄ homine in deserto vbi null⁹ mortaliū cōmorat. Ita anima peccatoris est inepta habitationi sapiētie diuine. i. filij dei. Sapien. j. In malivolā animā non intrabit sapiētia nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapiē. xj. Iter fecerit per deserta que nō inhabitātur. Hec aūt ineptitudo habitandi accidit in deserto. Primo propter terre vilitatē. Ita anima efficitur vilis propter peccati abhominationem. Ezech. xxix. Proiiciam te in desertum ꝛc. Et dicit proiiciam tāq̄ rem vilem z abhominabilem: maxime aūt vilificat animā peccati reiteratio. Hiereñ. ij. Quā vilis facta es nimis iterans vias tuas. ¶ Secūdo propter loci sterilitatē: qa sterilitas accidit anime per meritoz̄ euacuationem. Sunt eñ peccatoz̄ opera a fructu meriti vacua. Hiere. xvij. Erit q̄si mirice in deserto. Mirice eñ infructuose sunt. Tertio propter aeris intemperiem: que intemperies accidit anime propter concupiscētie inflāmationē. Joel. j. Ignis. s. concupiscentie comedit speciosa deserti. Et Ecc̄. xliij. Exurget desertum z extinguit viride sicut ignē. Quarto propter aquarum defectibilitatem: quia scilz in peccatoribus deficit tam aqua gratie q̄ aqua sapientie. Hiere. xxix. Arefacta sūt arua deserti. Quinto propter hostiū vastitatem: quia patūtur peccatores demonum eos vastantium frequentem intorsionem. Thren. iij. In deserto insidiati sunt scilicet demones in peccato. Apostolus. j. Corinth̄. x. Prostrati sunt in deserto.

Capm̄ lx.

Ententia assimilatur tonitruo propter septem q̄ sunt in generatione ipsius tonitrui. ¶ Primo est vaporis inclusio. Est enim materia tonitrui sm philosophū vapor siccus z calidus inclusus in nube aquosa et concaua. Talis enim vapor de facili totus incenditur z in forti calore ambo simul vapores elevantur scilicz vapor humidus nubis z vapor siccus tonitrui: et quia vapor terrestris nō est adeo dilatabilis vt aqueus constringitur in medio eius z vapor humidus expanditur sicut corium circa ipm. Huic itaq; elevationi vaporis assimilatur compunctio cordis. Nam tūc vapor terrestris sursum elevatur quādo peccatū cōmissum ad memoriam revocatur. Sed tunc claudit in nube aquosa q̄ peccati memoriā sequit cōpunctio lachrymosa. Eccl̄. xxxv. Sic̄ nubes pluuie in tpe siccitatis. ¶ Secundū ē inclusi vaporis inflāmatio. Mā q: ꝥium ꝥiū fugit interior vapor siccus fugit exteriorē humidū in pfundū nubis exterioris. exterior etiā vapor inclusi frigiditate ꝥhit z ampli⁹ interiorē exagitat: z interior exagitatus ꝓfricat ptē ad partē ad latera exterioris z ex ipso motu z ꝓfricatione ꝓtingit ipm igniri. Talis aūt vapor inflāmatio ē feruens pcti detestatio z ad ipm destruēdū accēsio. Mā dum pcta sua hō ꝓsiderat z peccatoꝝ delectamēta q̄ ita trāsierūt cōparat ad maxia dāna q̄ relinquunt q̄si quedā ꝓfricatio fit vnius ꝓ ad aliud ex q̄ mēs exagitata incēdit z ad pcti reatū tollēdū vehemēti⁹ ignit. Eccl̄. xxxviij. Vapor ignis vrit carnes. i. feruor contritionis cōsumit peccata carnis. Sed attendū est q̄ q̄q; vapor inclusus deficit z de nube egredit ita q̄ tonitruū non facit. Et ista egressio q̄q; est ante inflāmationem q̄q; post inflāmationē. Ante inflāmatiōem quidē q̄q; incipit comprimi i profundū acumen sui eo q̄ siccus est et penetrat nubem z egreditur ad aerem et ipsum cōmouet fortiter vel debiliter sm

uersitatē sue ⁊utis. Et inde est q̄ ante tonitrua venti sunt validi ⁊ fortes. Sic q̄ñ memoria peccati est ficca sine lachr⁹ma p̄ cōpunctiōe ⁊ non inflāmata peccati dolore egredit cito ꝺ nube. i. corde ita q̄ nō generat tonitruū. i. cōfessiōis sonū sed potius tēptatiōis ventū. In inflāmatiōe aūt accidit egressio vaporis q̄ñ vterq⁹ vapor rarus ē ⁊ debilis. ⁊ tūc quia nō invenit resistēs egredit sine sono vel vento q̄ ad nostrū auditū ꝑueniat sicut in estate i serotinis paruis corruscationib⁹. Sic q̄ñ tam peccati recordatio q̄ ipa cordis compunctio debilis est ⁊ rara ⁊ non feruens sed quasi tepida etiā multotiēs deficit et perit ipa contritio ita vt non sequat⁹ tonitruū. i. debita peccati cōfessio. Post inflāmationē aūt fit eo q̄ vapor paruus existens pulsando latera p⁹ facit sonū: sed anteq̄ ꝑtráseat extinguit: ⁊ tūc audit⁹ sonus sine corruscatione. Sic similiter est q̄ñ aliquis paruā contritionē habēs cōsitetur: quia bona volūtas etiā extinguit ⁊ nō ꝑtrāsit ad satisfactionē. ¶ Tertium est nubis aquose scissio. Postq̄ enī ignit⁹ est vapor in nube expellitur a contrario frigido nubis aquose: ⁊ tūc vis ignis scindit nubem aquosam. Scissio aūt nubis aquose est aperitio mentis cōpuncte per actū ꝓfessionis. Sed hec scissio primo debet esse interius p̄ ꝓpositū ꝓfitendi: ⁊ tūc si aliquo impedimēto legitimo interueniente nō posset quis sacerdoti alicui confiteri: pura morte ꝑuentus vel alio omīno impeditus: sufficeret cōtritio cū ipo confitendi ꝓposito ad peccati remissionem: ꝑm illud p̄s. Dixi. i. in ꝓposito cordis cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dño et tu remisisti impietatem peccati mei. ¶ Quartū est scisse nubis sonatio: q̄ quidem sonatio tanta est q̄ vsq; ad nos terribiliter venit. nec mirandū cum pānus violenter scissus sic strideat. Et vesica vē so plena q̄uis sit parua tñ fortiter stricta ⁊ confracta maximū sonitū faciat. Hic sonus ē confessio oris facta sacerdoti in q̄ nubes aquosa. i. mens compuncta de peccato salubriter aperitur ⁊ pestifer vapor peccati exterius expellitur. Sed nota q̄ son⁹ tonitrui habet tripliciter fieri. Nā quādoq; fit violēta expulsio vnius vaporis ab alio: ⁊ tūc ꝑpter nubis scissurā fit in eadē nube fortissimus sonus tonitrui Et sic quādo vapor cōpunctiōis expellit vaporē criminis fit sonus confessionis: ⁊ sic violentia cōpunctionis ꝑducit sonus ꝓfessionis. Job. xxx viij. Quis dedit vehementissimo imbri cursum ⁊ viā sonantis tonitrui: Quādoq; vero fit iste sonus ex collisione alicui⁹ nubis alteri⁹: q̄ vapor paulatim scindens nubē suā i qua ē euolans inuenit aliā nubē ficcā cōstrictam et spissam ⁊ impingit in illam: ⁊ ex collisiōe facit sonū. Et hic sonus fit cū corruscatione interdū quādoq; sine corruscatione. Ps. Vocē dederūt nubes. Sic etiā sunt q̄ dam qui dum cōfitentur incipiūt q̄dem tepide dicere facta sua: sed occurrēte materia interserūt aliena ⁊ ibi colliduntur ⁊ sonū faciūt: q̄ plus aliena ⁊ extranea facta q̄ ꝓpria cōfitent peccata. Unde nō deberet dicere sacerdos: Absoluo te sed absoluo eos. Quādoq; vero egreditur vapor paruus rarus ⁊ inflāmatus ex nube tenui ⁊ nō multū aquosa: ⁊ tunc videt ille ignis sicut alba flāma per multum fumum: ⁊ nō facit sonū in ꝓpria nube: sed obuiat ei alia nubes valde aquosa ⁊ spissa: ⁊ quia debilis est flāma extinguit in illa aquosa nube potius susurādo q̄ sonādo: sic susurrat ferrū ignitū cadēs i aqua. Talis est susurro ꝑ cōfessio maligna qui nō vadit ad ꝓfessionem vt dicant peccata ꝓpria sed potius vt reuelēt peccata aliena ⁊ vt malā opinionē generent in ꝓfessore vel prelato de aliena psona: vel ꝓpter aliquā aliā violentiā: ⁊ talis cōfessio potius est excusatio. ¶ Quintū est vaporis egredientis corruscatio. Nam dū vapor ignitus ⁊ inflāmatus egredit de nube appareat corruscatio: ⁊ fiūt tunc simul tēpore corruscatio ⁊ sonus sed nō simul deprehenduntur: quia visus velocior ē q̄ auditus. Unde licz nubes prius scindat q̄ emittit ignis: ⁊ ideo tonitruū prius fit naturaliter q̄ sit corruscatio: tamē corrusca

tio prius attingit sensum visus: eo q̄ visibile spūalius est in aere. s. per esse magis spūale z intētionale z ideo statim fit i aere. Audibile aūt in aere est vt in propria materia: quia materia cause soni nō est nisi in aere: iz intētio soni z nō esse recipit i aere: z ideo sonus nō fit in aere subito iz successiue: sicut cum mulier lauat pānos eminus homo prius videt percussionez q̄ audiat sonū: z ita est in tonitruo z coruscatiōe. Eccl. xliij. Accelerat coruscationes emittere. Debet igit esse in penitēte nō tantū sonus confessionis sed etiā coruscatio bone cōuersationis: de qua dns dixit zMatth. v. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹ vt videant opera vestra z̄. Debet etiā penitens euidenter vitam suam in melius mutare. Et hec est coruscatio que ḡto est rubicundior et magis ignea id est charitate feruidior tāto ē potior z efficacior. Sunt enim tres colores coruscationis. s. rubeus clarus et albus flāmeus z rufus quasi vinosus. Primus est ex vapore nō multum ficco: humiduz enim dat ei colorem rubeū sicut est flamma viridum lignoꝝ: et ideo spargitur z nō ledit nisi facile cremabilia vt stuppam z huiusmodi. Rursus aūt color penetrabilior est eo q̄ ille est vaporis conglutinati valde terrestris z multuz frequenter simul incendit z scindit. Ex his igitur colligitur q̄ vbi plus abundat humor cōpunctionis z rubor id est feruor amoris ibi est efficacior coruscatio boni operis. ¶ Sextū est in tonitruo fluminis percussio. Fulmen autem tonitrui extinguit venenū animalis percussi. Nam petiens serpentē vel aliquod aliud venenosum extinguit in eo humidū naturale quod ē in eo liez non ei. Vnde huiusmodi cadauer fulminatiz vermiculat quod nō fieret si esset venenum: quia venenū inde prohiberet nasci vermes z ex eo cibari. Similiter penitentie virtus extinguit in peccatorib⁹ nequitiam z venenū peccati z producit vermes id est remorsus conscientie magnos quia multū remordetur z dolet de peccatis p̄teritis conscientia confitētis: sed tamen plures vermes non eam sedant sed purgant. ¶ Septimū est nubis aquose in pluuiam resolutio: quia iez post tonitruum nubes in pluuiā resoluitur terrā fecundantem z plantas nutrientem. Et hec est satisfactio per elemosinas per quas pauperes nutriuntur. ¶ Itē in pluendo aer reddit terre per nubiū resolutiōez quod acceperat per euaporationē in quo restitutio designatur male ablatoꝝ que etiaz est pars satisfactionis: Nō enim remittitur peccatum nisi restituat ablatum vt dicit Augu. Et hec duo bene simul conueniunt. s. fulgor z coruscatio bone cōuersationis z pluuia satisfactionis vt. s. ipsa penitentis opera: z sint coruscantia ad edificationē proximoꝝ z pluentia ad absolutionē peccatorū. Ps. Fulgura in pluuiam fecit. ¶ Item penitētia assimilatur niui propter septem. ¶ Primū est q̄ nix est malarū herbarum mortificatiua. Et sic per penitentiā mala vitioꝝ incentiua extinguunt que ex terra nostre carnis oriuntur. Prouerb. xxvj. Nix in estate et pluuia in messe. Sicut enim frigus niuis in estate temperat incendiū estus: ita penitentia si est in pectore temperat incēdium culpe. ¶ Secūdo quia nix est terre i pinguatiua. Nā dum super terrā moratur poros terre claudit sua frigiditate et calore reuocato interius fit humorū attractio ad radices: vnde terra caluit z p̄ consequēs impinguescit. Isa. lv. Descendit nix de celo z inebriat terrā z infundit eam. Et ita etiā similiter penitētia q̄is corpus attenuat animā tamē impinguat: quia dum poros terre id est carnis appetitus restrigit: calor amoris z humor gratie in radice. i. in corde interius vberius excrescit. ¶ Tertio quia nix est fetidorū locorum coopertiua siue occultatiua. Et ita multi qui primo per peccatoꝝ infamiam fetebant per penitentiā quam postea

faciunt inkamiā suam cooperiūt ⁊ famaz recuperāt: sicut patet de Magdalena. Tegit ⁊ penitētia peccata quecunqz fetida vt scz ea nō videat deus ad puniendum. Ps. Beati quoz remisse sunt iniquitates ⁊ quoz tecta sunt peccata. ¶ Quarto nix sui ipius diffusiua est ⁊ super terram nō cum strepitu sed plane applicatiua qa sculs penitentiam suam homo vociferare nō debet vel inaniter iactare seu publicare ad ostentationē. Matth. v. Attendite ne iusticiam vestrā faciatis coram hominibus vt videamini ab eis ⁊c. ¶ Quarto quia nix propter sui pulchritudinem est oculoz attractiua. Sic penitentia aspicientes edificat ⁊ attrahit per exemplū ad imitatōnem. Interdū tamen nix oculos aspicientiū disgregat: ⁊ similiter etiam quādoqz aliquos male dispositos quorūdam penitentia scandalizat. Vnde clamant eos hypocritas sicut christus dixit de iudeis ⁊ ioāne. Matthei. xj. Venit ioannes neqz manducans neqz bibens ⁊ dicūt demoniū habet. ¶ Sexto ratione proficuitatis: quia nix calore soluta ē terre valde proficua quia scilicz eam remollit ⁊ iebriat quā prius frigiditate sua fortiter indurabat vt dicit Gregō. Sic si aliqñ penitētie rigor fraterne charitatis amore nō gule vel corporis delectatione soluatur vel recreetur discrete nō obest immo prodest. Nam nimia rigiditas quandoqz cor indurat: sed ipm charitatiua et discreta remissio siue recreatio remollit. Vnde dominꝰ cū publicanis ⁊ peccatoribus manducauit ⁊ bibit. Luc. vij. ¶ Septimo quia nix est alpū siue montiū dealbatiua. Ps. Miue dealbabuntur in selmon mons dei ⁊c. Sicut magni peccatores denigrati per culpam purgant ⁊ dealbantur per veram penitentiam. Ps. Lauabis me ⁊ super niuem dealbabor. Isa. i. Si peccata vestra fuerint vt coccinum quasi nix dealbabūtur. ¶ Item penitentia assimilatur mari. ¶ Primo qdem qa mare est nausee ⁊ vomitis ciboz prouocatiuū. Et ita similiter pnia generat peccati abominationē. Nā qō primo peccatori videbat pciosum ⁊ delectabile videt penitēti ignominiosum ⁊ abominabile. Vñ Abacuch. ij. Domiꝰ ignorātie sup gll am tuā. Exc. xx vj. Turbabūt insule in mari. i. mētes penitētū p peccati detestationem ⁊ abominationē. ¶ Secūdo qa mare est doloris capitis inductiuū: sic pnia facit cōsciētie remorsionē. Nā dolor capitis est tristicia mētis ex peccati recordatione proueniens. Ps. Conuertet dolorē iuꝰ in caput eius. Ex tali cñ dolore mens penitentis amaricat vehementer sibūpsi indignatur. Abac. iij. In mari indignatio tua. ¶ Tertio qz mare ē sordiū reiectiuū ⁊ sui purgatiuū qz nihil retinet immūdū ⁊ hoc fit p penitētis cōfessionē per quam peccata mortalia extra cōsciētiā abiciunt sicut mare proiicit mortuoz cadavera. Apoca. xx. Dedit mare mortuos suos q in eo erant. ¶ Quarto qz mare ē duriss. moz ⁊ pciosoz generatiuū. Nam ḡuis mare sit liqdū generat tñ duriss. vt pz in piscib⁹ q sunt dure testē ⁊ in gēmis et lapidib⁹ quos pducit. Et hoc est qz penitēs lz sit mollis ⁊ liqdus in lachrymarū cōpūctione: tñ duriss. tolerat in satisfactione vt ieiunādo ⁊ sese affligēdo. Vñ etiā producit gēmas ⁊ lapides pciosos. i. opera salutifera ⁊ deo grata que sunt q̄dam diuitie ipius penitentis. Naum. iij. Aque in circūitu eius diuitie mare aque muri eius. ¶ Quinto qz mare non est vltra sua litora progressiuū: qz lz sit liqdus quod p se nō bene terminatur ⁊ sistitur: tñ bene terminatur p aliud. Sic penitēs facit quādo nō trāsgreditur precepta diuine legis vel limites a discreto confessore sibi impositos vel etiā sue pprie rationis. Job. xxxix. Circūdedi mare terminis meis ⁊ posui vectē ⁊ ostia ⁊ dixi: huc usqz venies ⁊ nō procedes amplius: ⁊ hic confringes tumētes fluctus tuos. ¶ Sexto quia mare est piscū nutritiuū ⁊ cōseruatiuum: qz. s. penitentia nō solum pctōres purgat: sed etiam deuotos ⁊ spirituales nutrit ⁊ conseruat: qz licz habeāt amaritudinē exterius: habēt tñ dulcedines interius. Vnde etiā homies de aqua maris

suscipiunt dulces cibos piscium siue auium quibus reficiuntur. Sapiē. xix. Postulauerunt escas epulationis & in allocutiōe desiderij ascēdit illis de mari ortigometra. ¶ Septimo quia est de amaritudine siue salsedine in dulcedinē cōuersuum: Dicit cīm pbs in libro metheororū q̄ ab aqua maris potest remoueri salsedo: quāsi quis accipiat vas terreū nouū & crudū et clauserit bñ eius orificiū & ipm in mare eiecerit vacuū & dimiserit ipm p vnū diem naturalē aquā dulcē inueniet intra ipm. Hoc ergo vas est cor penitētis qō si fuerit terreū per humilitatē: nouum per puritatē: crudum. i. nō coctum per libidinum igneitates: & bñ clausum p custodie sedulitatē: & vacuū a peccati feditate ꝯtū cunq̄ circūdet ꝙ exterius quacūq̄ amaritudine: implebitur tamē interius ineffabili dulcedine: quia. s. illuminabitur anima in contēplatione diuinoꝝ opeꝝ: que cōtēplatio ipam totā dulcorat. Pſ. Qui descendūt mare in nauibus faciētes operationē in aquis multis: ipi viderūt opera dei & mirabilia eius in pfundo. ¶ Itē penitētie onus assimilatur harene ꝓpter quattuor. ¶ Primo quia harena h3 virtutē restrictiuā. Nā harena ꝓ multitudine maris impetus sistitur: & ad eius cumulos se constringens ne vltra assignatos a deo terminos effluat impeditur vt dicit Hiero. super illud Hier. v. Posui harenam terminū mari. Similiter penitentia coercet & restringit impetū temptationū & fluxū peccati ne trāsgrediat homo mādata dei. Pſ. Terminū posuisti quē non trāsgredientur neq̄ cōuertentur operire terram. ¶ Secundo q: harena h3 virtutē purificatiuā. Purificatur enim aq̄ per harenā colata: & penitētia animarum purificat & mundat. Et ad hāc purificatiōem hortatur Jacobus dicēs: Emūdate manus peccatores & purificate corda: Jacobi. iij. ¶ Tertio q: harena habet virtutem dulcoratiuā. Nā aq̄ etiā salsa per harenā colata nō solum efficitur purior: sed etiā dulcior. Quod etiā penitētie cōgruit: q: amaritudo & tristicia penitētium finaliter conuertet in dulcedinē & gaudiū. Matth. v. Beati qui lugēt quoniā ipi consolabuntur. Vnde populo in deserto penitentie aque amare dulcorate sunt. Exo. xv. Judith. v. Egressis mare rubrū deserta & montis occurrerūt & post illic fontes amari obdulcorati sunt eis. ¶ Quarto q: altā harena h3 virtutē tumoris expulsiuā. Dicit enim Constātinus medicus ꝙ harena ex fabrili lapide resoluta ē metallorum purgatiua & etiā repercussiua deopilatiua & tumoris expulsiua. Que omnia penitētie competūt que purgat culpam: deopilat. i. ad confessionē apit conscientiā repellit ꝓsumptionis audaciā & repellit tumētē superbiā. Primum p3 ꝙ exēplum i magdalena in q̄ feruēs penitentia multa purgauit facinora sm illud Lu. vij. Remittuntur ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Secundum p3 in Dauid: cuius cor dum penitētia tetigit protinus se peccasse confessus fuit dicēs: Peccaui domino. ¶ Tertium quoq̄ patuit p exēplum in publicano: qui penitētia humiliatꝰ, nō audebat oculos leuare ad celum s3 percutiebat pectus suum dicēs cē. Lu. viij. Quartum p3 in Paulo cuius cor superbia primum & contra christi discipulos sevicia plenum expulso tumore superbie per humilitatē penitētia paratum se christo obtulit dicēs: Domine quid me vis facere: Mutata ē sevicia lupi in mititatem & māsuetudinē agni. Act. ix. ¶ Itē penitētia assimilatur terremotui: & hāc similitudinē declarāt motus tēpus & locus terremotus. Modi. n. terremotus sm Aristo. duo sunt. q: aliquis tremotus ē sicut remor: & hoc ē quādo vētus siue vapor inclusus ē modicus. Quidā vo tremotꝰ est sicut sonus corpoꝝ confricātium sc: & hoc semp ē cum ruptura occulta vel manifesta. Posidonius autē dicit ꝙ tremotus ē quādoq̄ tm̄ sursum & deorsū: quādoq̄ vo ē inclinatio ad alterā ptē in modum nauis: & iste motus ē periculosus qa signum ē ꝙ caverna latet in qua terra declinat. Ideo si terremotus tales sunt in aliqua ciuitate tutius est habitionem di-

mittere ꝑcipue si aq̃ ẽ ibi ꝑpe. ꝙ alluuio
ne aliqua cauernaꝫ angear. qꝫ tũc dispoſi
tus eſt locus ad voraginẽ. Cõcomitatur
autem terremotũ ſepius ſonus qui quã
doq; nõ geſcit donec terra ſit ſciſſa. Vñ
iuxta corinthũ in quadã inſula fuit ter
remotus eleuans locum i altitudinẽ col
lis ⁊ cũ vent⁹ ſubterranei⁹ non ceſſaret: ſz
ſemper multiplicaretur collis fuit rupt⁹
⁊ exiuit ide ventus fortis qui tñ cineꝛ
exufflauit ꝺ collo ſup eminẽtẽ illã q̃ ſtru
xit eã ⁊ oꝑeſſit. Et añ tremotũ audiebat
ſonus ex colliſione vẽtoꝝ in cauernꝭ ter
re ad ſolida coꝛpa. Cinis aũt fuit ex ħ q̃
calo: frigiditate maris concluſus ⁊ ꝯ for
tatus ieneranit loca circa cauernas. et ſi
fuiſſet ibi ſulphur ħmõi feciſſet incẽdiũ.
Iſti ãt ſoni ſũt diuerſi in principio in me
dio ⁊ in fine: licz nõ omneſ ſint inquolibꝫ
terremotu. Patet ergo ex omnibus pre
dictis q̃ in terremotibus cõtingũt ſex. ſ.
tremoꝛ ſciſſio ſon⁹ mot⁹ vet⁹ ⁊ cin⁹. Sic
penitens debet tremere timoꝛe pſal. Ti
moꝛ ⁊ tremoꝛ venerũt ſup me. ℭ Ite⁊ de
bet ſcindi dolore. Joel. ii. Sindite corda
veſtra ⁊c. ℭ Item debet ſonare in confeſ
ſione pſal. In voce exultationꝭ ⁊ cõfeſſio
nis ſonus epulantis. ℭ Item debet mo
ueri in bona operatione ſiue ſurſũ in cõ
ſideratione celeſtis premij ſiue deorſũ ex
conſideratione infernalis ſuplicij: ſiue in
partem alteram i deſt in oppoſitum vicij.
Nam baculus curu⁹ non dirigitur niſi
in partem cõtrariã flectaꝫ ⁊ ois cura ſit ꝑ
oppoſitũ. Apo. Ro. vi. Sicut exhibuiſtis
mẽbra veſtra ſeruire immũdicie ⁊ iniqtati
ad iniqtatem. Ita nũc exhibete membra
veſtra ſeruire iuſticie in ſanctificationeꝫ.
Opz enĩ penitentẽ ſuſtinere ventũ tenta
tionis. Vnde. ii. Eccli. Fili accedens ad
ſeruitutẽ dei ſta in iuſticia ⁊ timoꝛe ⁊ ꝑ
para aiam tuã ad tẽtacionẽ. Sed tñ ꝑ
pter hũc vẽtũ nõ debet hõ dimittere bo
nũ: qꝫ vt dicit Eccli. xi. Qui obſeruat vẽ
tũ non ſeminat. Debet etiam penitens i
cinerari ideſt humiliari ex mortis mẽo
ria. Eccli. ix. Quid ſuperbit terra ⁊ cinis
ℭ Secũdo aſſimilatur penitentia terrẽo
tui quo ad tempus. Nam tempoꝛa apta
terremotui ſunt illa in quibus vincit hu
miditas ſine frigiditate ſicut eſt ver: vl̃
quibus vincit ſiccitas ſine caliditate vt ẽ
autũ⁹: qñ ſiccitas multiplicat materiaꝫ
vaporis ſicci humiditas vo non permit
tit exire. In eſtate aũt calo: fortis ⁊ dõi
nans conſumit vapoꝛem: i hyeme vo fri
gus dominãs cuaporationem prohibet.
Si tamẽ iſta tẽpoꝛa. ſ. hyẽale ⁊ eſtiuũ ex
aliquo accidẽte ſint vernalia vel autum
nalia nihil prohibet in eis fieri terremo
tum: imo ſi tunc cõtingat erit magnus ⁊
diuturn⁹. Similiter homines ſũt ad pe
nitentiã apti in quibus abũdat hũiditas
ideſt lachrymaꝝ ita tñ q̃ ſint ſine frigidi
tate accidie. Et talis fuit magdalena. Si
militer in quibus, viget ſiccitas abſtinen
tie ſine caloꝛe cõcupiſcentie. Vbi aũt vin
cit calo: eſtatis. i. feruoꝝ cõcupiſcẽtie car
nalis vel frigus hyemis. i. accidie toꝛpoꝛ
ibi terremotus nõ fit qꝫ in talibus pẽitẽ
tia perit. Niſi forte contingat q̃ tales ex
dei virtute tangãtur ⁊ ad temperãtiã de
bitã reducantur. ℭ Ita nota q̃ terremo
tus magis fit in nocte qꝫ in die: quia i die
ſol euocat caloꝛem terre exterius ⁊ iõ ſi
eleuat vapoꝛem. In nocte vo clauditur
⁊ vapoꝛem itus multiplicat qui multipli
catus compꝛimit aliũ ãte ſe eleuatum: ⁊
fit motus terre. Similiter i nocte. i. tem
poꝛe aduerſitatis magis cõuertũtur ho
mines ad penitentiam q̃ i die ꝓſperita
tis. Maꝫ mala que nos hic premũt ad de
um nos ire compellũt. Reuocat enĩ ad
uerſitas hominẽ interi⁹ ad ſeipſũ ⁊ mul
tiplicat in eo vapoꝛes. i. compunctiões.
ℭ Tertio pẽitẽtia aſſimilat terremotui
quo ad locum. Maꝫ loca terremotui ap
a ſũt loca cauernoſa in cauernoſis va
poꝛ congregaꝫ ⁊ ex alio ſuperueniẽte coar
tatur. Vnde in locis mõtuoſis ſepius fit:
qꝫ ſub montibus ſũt caucrne ⁊ loca mõ
tuoſa vniuerſaliter ſũt poꝛoſa. ℭ Ite⁊ ſũt
apta terremotui loca inundationiꝫ ali
cuius aq̃ propinqua: qꝫ ipſa aqua vndl ꝑ
cutiẽs eſt in talibus locis cã congregatio
nis vaporis ⁊ coartatiõis. Vñ loca mari
propinqua etiã ſi nõ ſunt cauernoſa: non
tamẽ ſunt a terremotibus libera vt dicit

celestenes:qz.s.ex raritate loci vapoz libe
rus exitū habeat tamē ex percussione vn
darum vnus vapoz ipellens aliū replet
locū:z ideo ēt in plano loco si tangit ma
ri vel mōtibus fiunt terremotus vt in lō
bardia. In cuius multis ciuitatibus fuit
quādoq; terremotus magnus z diuturnus. Et similiter in pistoria q̄ est ciuitas
hire. Unde romanoꝝ siue tusceoꝝ vulga
re puerbium dicit: Ad homo arrogante
nullo dominante. Ad homo arrogante
la teda tranāte. Et ideo dicit Apoca. xij.
q; cauda draconis trahebat tertiā partez
stellaꝝ celi. ℭ Secūdo supbia assilit Co
mete ꝓpter aspectum: q; cometes de die
nō apparet sed solū de nocte cōspicit: qa
scz hō superbꝰ dū lucē gratie amittit te
nebras ignorātie necessario icurrit. Job
xxxvij. In manib⁹ absōdit lucē. i. supbis.
Unde glosa dicit ibi q; immanes sūt q se
elatis cogitationib⁹ extollūt qbus lux ab
scondit: q; veritatis eis cognitio denega
tur. ℭ Tertio ꝓpter motū: q; comete ro
tanī ad modū stellaꝝ ⁊ sequunt eas quo
usq; absc̄ondant. Et q; hoc Alpetragius
in astrologia sua noua ꝓbat ignē moueri
circulariter: q; s. iste vapoꝝ incensus ei
adhērēs in circūitu rotat. Unde ⁊ Ptol.
in cētiloquio ꝓpositōe. iij. vocat comē
tas secūdas stellas ſm expositionē Halit
Abraaz ⁊ Bugafari. Sic etiā supboꝝ est
ꝓpriū inuolutiōes ⁊ circūitus querē ſm
illud ꝑs. In circūitu impij ambulāt. Quia
dū interioza nō appetūt in exteriore la
bore fatigant. ℭ Quarto ꝓpter signum:
quia comete signāt mortem magnoꝝ: de
structionē regnoꝝ ⁊ cōcitationē belloꝝ.
Unde recitat Señ. in. iij. lib. de naturalib⁹
questionib⁹: q; post mortē Demetrij regi
paꝝ ante bellū Achaicū cometa fulsit nō
minor sole ſm apparentiā. Similr ante
aduentū Caroli comitj ꝓincie ⁊ fratris
regis Francie q erat q papā Urbanum fa
ctus rex Sicilie: ⁊ vocat⁹ ab eo vt veniret
in regnū: quod. s. fuit Anno. M. cclxiij.
Sequenti anno domini. M cclxiij. ap
paruit cometa maxim⁹ in mense Augu
sti iuxta signū Cancri paulatim procedēs
versus meridiem donec ad stellationem
coicntis appropinquauit: ⁊ nūc ad vnaz
partē nūc ad aliā dirigebat comam: dura
uitq; per plures menses: cuius cauda se
extendebat in longitudinē per quartam
partē nostri hemisperij. Et sequenti an
no. s. Anno dñi. M. cclxv. debellatus est
Manfredus cū exercitu suo per dictuz
regem Carolū apud Beneuentū. vbi ip
se Manfredus occubuit cuz magna stra
ge gentis sue. Ratio aūt ꝓdicte significa
tionis comete est: quia comete sunt de cō
plexione Martis: ⁊ sunt ab⁹ ipo vt a pri
mo efficiēte ly cōiunctio eius cū Ioue au
geat hoc. Dominū aūt Martis signat
mor⁹ violentā qua magis moriunt ma
gni q; parui. Et quia Mars est inclinās
ad tram cōcitat calorē regentiū populos
cuius cōmotio fortior est in magnis q; i
paruis. Hec oīa signata per cometas su
perbiā sequūtur. s. occasio magnoꝝ dum
vn⁹ cōtra aliū insurgit ex supbia. Et ideo
dicit Isa. xliij. de rege caldeoꝝ superbo
Tu vulneratus es sicut nos nostri sim
lis effect⁹ es: detracta est ad inferos supi
bia tua: cōcidit cadauer tuū. Item destru
ctio regnoꝝ: quia. s. ꝑ superbiā diuidunt
gentes ⁊ regna: ⁊ oīe regnū in se diuisū
desolabitur: vt dicit Lu: xj. Itē cōcitatio
belloꝝ. Unde ꝓuer. xxij. Arma ⁊ gla
dius in manu supbi. ℭ Itē superbia assi
milatur tonitruo. ℭ Primo q; tonitru
um oua auiū pullificantiū ledit. Et simlr
supbie opa spūaliū viroꝝ destruit. Aug.
Supbia bonis opibus insidiat vt pereāt.
Et ideo Greg. dicit q; perit oīe qđ agit
si nō in humilitate sollicite custodit. ꝑs.
Fulgura coruscationes ⁊ dissipabis eos.
Fulgura eiñ ⁊ coruscatio fit in tonitruo
ſm illud ꝑs. Vox tonitrui tui in rota il
luxerūt coruscatiōes ⁊c. Superbi enim
spiritualiter dissipantur quia tonāt seip
sos magnificādo: fulgurant alios despici
endo: coruscāt opera sua ostendēdo. Et
nota q; vox tonitrui. i. superbi dicit esse
in rota: q; qcquid etiā de aliis dicit i lau
dem ꝓpriam reflectit. ℭ Secūdo q; to
nitruum pregnantes abortire facit. Et si
militer superbia bona ꝓposita i corde
precōcepta ne pariātur. i. ne opere cōpe

plantur efficit: vnde monet homo. Eccl xxxij. Age cogitationes tuas nō in delicijs⁊ verbo superbo. ¶ Tertio quia tonitruū turres altas concutit: ⁊ aliquādo deijcit. Quia. ſ. ſuperbia pfectiſſimos viros inuadit: ⁊ aliquādo etiā eos vincit. Ipa etiam delecit angelos de celo ⁊ hominē de paradiſo. Sap. xvij. Ab initio cum perirēt ſuperbi gygantes ꝛc. Sunt eīm gigantes oēs viri virtutibus eminentes: quos dum elatio ſuperbie vincit protinus perire facit. Vnde Apoca. xvj. dicit ꝙ facta ſunt tonitrua. Et poſtea ſubdit ꝙ ciuitates gentiū ceciderunt. Quaſi eīm quedam tonitrua ſunt hominū ſuperbientiū corda: que tamē ciuitates deijciunt quia ipa munimēta virtutū annihilant ⁊ deſtruunt. ¶ Quarto quia tonitruum arbores euellit. Quia. ſ. ſuperbie vitiū etiā homines actiuos ⁊ fructuoſos ſubuertit. Eccl x. Radices gentium ſuperborū arefecit deus. Nam ſicut perit fructus arboris arefcente radice: ita perit virtus boni operis ſuperbiente corde. ¶ Quinto quia tonitruū magis in altis locis ꝙ in ſimis ledere conſueuit: quia videlicet elationis temptatio magis eos qui ſunt in ſublimi ꝙ eos q ſunt in humili inuadere conſueuit. Iſa. xxviij. De corone ſuperbie ſiue aciplas de corona clericoꝝ ſeu prelatorū ſiue de corona dominoꝝ ⁊ regū. ¶ Sexto quia tonitruū diuerſimode ledit ⁊ pcutit. Et ponunt precipue quinq; modi percuſſionis ⁊ fulminationis tonitrui q ſatis congrue ſuperbis ⁊ tyrānis hominibus adaptāt. ¶ Primus eſt quia ex tonitruo quādoq; egredit ſagitta que dicit tela tonitrui: ⁊ de hmōi ſagittis dicitur i Pſ. Etenim ſagitte tue trāſeunt vox tonitrui tui ꝛc. Hec autē ſagitta ſcindit ⁊ incendit quicquid inuenit. Generatur eīm talis ſagitta in nube viridi profunda ex vapore ficco ibi inflāmato hoc modo: q vapoꝛalis cōmixtio terreſtris vaporis incenditur: ⁊ cum tangit viridem nubez in qua eſt incluſus que eſt iam in conuerſione ad aquā conglutinatur vt farina i paſta: fortiſſima autez incenſio obuiat ita ꝙ humore nubis nō extinguit: ⁊ ſic conglutinatus vapor fit humidus ⁊ ideo in inferiori parte acuitur vbi primo incipit diſtillare ⁊ eſt groſſus in parte⁊ ſic poſtea induratur in lapidē: qui. ſ. eſt rube⁹ et ad modū ſagitte inflāmatus egrediens ſcindit ⁊ incendit quicquid inuenit. Quaſi ergo ſagitta lapidea in reſolubili nube eſt cor tyranniū ⁊ ſuperbū in mortali carne. Hec ſagitta eſt lapidea ignea acuta et noxia: ⁊ talia ſunt ſuperboꝝ ⁊ tyrānoꝝ corda ⁊ opera. ſ. lapidea per duriciā crudelitatis: ignea per ambitionē dignitatis: acuta per aſtutiā malignitatis: ⁊ noxia p violentiā poteſtatis: ⁊ ideo nō immerito tonitruum ſuperbie formidatur tales ſagittas emittens. Vnde in Pſ. A voce tonitrui formidabunt ꝛc. ¶ Secūdus modus percuſſionis tonitrui eſt quando talis vapor terreſtris eſt minus conglutinatus ⁊ in nube minus aquoſa: tunc eīm nō cōtinuatur ſed incenſus ibi egreditur cū impetu ⁊ ſcindit ite⁊ ⁊ incendit: ſed non ſcindit niſi ligna ⁊ non lapides niſi raro. Scindit aūt ex impulſu ⁊ incendit ex inflāmatione. Et huic aſſimilatur illoꝝ ſuperbia qui impulſu faſtu glorie vel malorum ſuggeſtione ⁊ inflāmato impetu ire: nō lapides duros. i. nō ſibi reſiſtere valentes ſed ligna mollia. i. impotentiores ⁊ ſibi reſiſtere nō valentes inuadūt. Pſ. Dū ſuperbit impius incendit pauper. ¶ Tertius modus eſt qui ſcindit corpora ſolida ſed nō rara: ⁊ hic eſt vapor rubeus clarus qui nunq; facit lapidē: ⁊ ſua flamma nūq; ſeparat a vapore: ⁊ hic nunq; ſcindit niſi ſint valde compacta corpora que ſūt magne quātitatis quia hec reſiſtunt ei: et hic interficit homines et apparet in eis odor cōbuſtionis ⁊ nō videtur vulnus. Quia cum vapor ſit ſubtilis intrat ſine vulnere: ⁊ ſi inuenit aurū in burſa cōminuit aurū ⁊ nō ledit burſam: quia burſa vt rarū corpus dans locum pertrāſitur de facili. Aut aūt vt cōpactū reſiſtit: ⁊ iō quādoq; minuit i partes quādoq; i pulueꝛe. Vnde aliquādo occidit ꝙ perforauit gladiū ⁊ nō leſit vaginam. Huic autez

assimilatur superbia eoꝝ qui solum magnis ⁊ potētibus se opponunt: subiectis aūt ⁊ impotētibus se opponere dedignā tur: sicut dicitur de leone q̄ fortia animalia inuadit: sed vilibus subiectis ignoscit. Talis sicut dicit Aug⁹. fuit antiquitus superbia populi romani qui .s. sibi voluit per poetā in laudem suam ascribi quod nostra scriptura sacra attribuit soli deo scz sibi proprīū esse parcere subiectis ⁊ debellare superbos: quod .s. Jacobi. iiij. attribuitur ipi deo. Deus inquit superbis resistit: humilibus aūt dat gratiam. ¶ Est etiā cisdē vaporis alius quidē modus cum ex minus aquea nube egredit quia subintrat ⁊ nō ledit dividendo: vel aperte incendendo: sed est corruscatio rubea valde nociua: ⁊ illa nocet vineis sicut dicunt vinitores: ⁊ precipue botris illis q̄ sunt multis foliis cooperti cuz per aliqđ foramen proijcit corruscatio illuc vaporū cuz radio suo: eo q̄ ille vue lese evaporare nō possunt. Et hec corruscatio non adeo est nociua corporibus cum directe cadit: sed suus radius ei quē attingit est nociuus quia corrūpit ipm eo q̄ hoc sit de natura illius vaporis. Vnde hac de causa quidam aspicientes inflati sunt in facie et quidam excecati in oculis. ¶ Vnde ergo assimilatur superbia ⁊ malicia quorundam proditorum qui minus habent de nube aquea .i. de humanitate ⁊ pietate: ⁊ habēt corruscationē rubeā .i. astutiam malignaz ⁊ ideireo nō manifeste sed occulte ⁊ prodotie ledunt: ⁊ bonoꝝ opera que per fructus vince significantur per aliquod foramen id est per aliquē malicios um modum calumniare impedire ⁊ dissipare conantur ⁊ nō solum suos aduersarios directe sibi oppositos tales ledunt: sed etiam sibi adherentes frequēter ledūt ⁊ decipiūt fraudulēter qđ est quasi eos execare. Mā latēter aliū fraudare est lumen ei agnitiōis subtrahere. Quartus mod⁹ est vaporis albi qui egredit er flāma ficca nō coadunata ⁊ ideo spargitur in aere: scz tū egredit magno impetu propter nubē profundā in qua est: que est aquosa multum ⁊ ideo scindit ⁊ scindendo extinguitur: ita q̄ ea que scindit videntur alba et nō apparēt in eis signa cōbustiōis: ⁊ qñq̄ interficit quādo est bene fortis impulsus ⁊ quādoq̄ propter suā disgregationē p̄curit in loco vno ⁊ nō ledit socium iuxta eum stantē sed pcurit cum qui stat remote. Quādoq̄ etiā reflexus a pariete vno progreditur ad aliū ⁊ percutit illum. Et huic assimilatur superbia eoꝝ qui q̄ḍ̄ videntur albi idest māsueti ⁊ pacifici: tamē habēt spiritū in naribus latentē: ⁊ iō qñ cunq̄ reputāt se inhonoratos subito accendūtur ⁊ cum magno valde impetu p̄siliunt ad nocendū ⁊ quādoq̄ ad occidē duz cū fortiori ira impellūtur: ⁊ quia ira tollit eis discretionē quādoq̄ nō discernentes quod faciūt modo prosiliunt ad ledendū vnū modo aliū: ⁊ quādoq̄ tales qui est ab offendente remotus ⁊ sine culpa. Sed quādoq̄ talis ira cito post fertur extinguitur: tunc dolēt de eo qđ fecerūt. ¶ Sed notandū est q̄ aliquādo talis vapor fulminis tam debilis est q̄ pertingēs ad hominē cōsumit vestem vel aliquod hmōi: ⁊ extinguitur ⁊ cessat eius violentia ⁊ nō ledit. Sicut ego vidi quendaz in terra originis mee. .s. in castro sancti Geminiani quod est in partibus Tuscie p̄pe civitatem Florentie ad viginti miliaria: qui de seipso referebat q̄ a fulmie tonitrui subito pcussus in terrā corruit stupidus. Et cū post longā moram ad seipsū rediisset lumbare brachaꝝ suaꝝ quod .s. de corio fuerat totaliter consumptū sine exustum repperit: In carne vero sua vel corpore nullā lesionē inuenit. Cuius ego rationē vel causam existimo extitisse: quia vapor ille fulmineus ꝓpter debilitatem sue adustionis alterauit quidē siccuz qđ sibi prius occurrit. .s. ipm corīū. Humidū aūt post ipm inuentū vt erat caro vel sanguis nō fuit sufficiens vel potens alterare: misi forte q̄ pilos circūstantes insensibiliter incendit: quia pili sunt valde ifiammabiles. Vnde ergo vapori debili assimilatur eorum superbia qui sicut cito indignantur ita cito reuocātur ⁊ ideo ex eo

rum indignatione vel elatione parua vl̃ nulla damna sequũtur. Sic dauid p̃uocatus contra Nabal cameli cũ cogtasset eum extinguere ⁊ nõ derelinquere ex eꝰ familia vsq; ad mingentẽ ad parietem: p vxorem eius Abigail subito est placatus ita ꝙ nullum damnũ eidẽ postea fecit. j. Reg. xxv. ¶ Quintus modus est eiusdẽ vaporis ex nube debilitati⁊ ille nihil nocet: quia statim ad tactum aeris extinguitur ⁊ retundit ita ꝙ cessat incendiũ eius ⁊ violentia impulsus. Et hinc assimilatur superbia eorum qui libenter nocerent si possent: sed debilitati paupertate vel aliquo timore quiescunt ⁊ dimittũt nullus nocumentum inferentes. ¶ Item superbia assimilatur vento. ¶ Primo quia vẽtus est aeris concitatiuus turbatiuꝰ⁊ obscuratiuus siue inspissatiuus. Nam superbia intelligentias mentis obscurat: corda ad malum incitat: ⁊ hominũ pacem p̃turbat. Ezechi. j. Ventus turbinis veniebat ab aquilone id est superbia perturbans venit ⁊ orta est a demone. ¶ Secũdo quia ventus est in mari tempestati generatiuus: undarum eleuatiuus: ⁊ p̃ consequens maris inflatiuus ⁊ in partes cõtrarias extensiuus: et ideo nauigantium summersiuus. Quia superbia in mundo bella ⁊ rixas concitat: undas id est affectiones humanas extollendo eleuat mare cordis etiã inflat ⁊ in partes contrarias separat donec nauigãtes in naui penitentie oñino summergat. Jo. vj. Mare vẽto magis flante exurgebat. Matthi. xiiij: Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim ventus cõtrariꝰ. ¶ Tertio quia ventus est mõtium concussiuus ⁊ diruptiuus: domoꝝ subuersiuus ⁊ arborum impulsiuus ⁊ eradicatiuus: Videlicẽ quia superbia etiã viros eminentes spiritu pulsat temptando ⁊ subuertit assentiendo. iij. Reg. xix. Spiritus grandis ⁊ fortis subuertens montes: domos diruit ⁊ collegia diuidendo. Matthei. vij. Flauerunt venti ⁊ irruerunt in domum illam: ⁊ facta est ruina eius magna. Prouer. v. Domus superborum demolietur dñs. Arbores. i. homines fructuosos et multis gratijs ditatos aliqñ eradicat destruendo ⁊ deijciẽdo. Sap. iij. Si rami in tempe germinauerint infirmiter posita a vento cõmouebunt ⁊ a nimietate vẽtoꝝ eradicabunt: confringent rami incõsummati ⁊ fructus illoꝝ inutiles ⁊ acerbi ad manducandum ⁊ ad nihilum apti. Eccĩ. xxj. Substãtia superbie eradicabit. ¶ Quarto ventus est spume in aqua generatiuus: vesice inflatiuus ⁊ extẽsiuus: paleaꝝ ⁊ pulueꝝ leuatiuus. Quia superbia quem aduersitate nõ deiecit in spumã vanitatis (si potest) adducit: ⁊ per vanam gloriã inflando ⁊ elevando summergit. Sap. v. Spes impij quasi lanugo est que a vento tollitur ⁊ tanq̃ spuma gracilis q̃ a procella dispergit. Aposto. ij. Coꝝ. xij. Timeo ne inflationes ⁊ seditiones sint inter vos. Deu. j. Tumentes superba astẽdistis ⁊c. Job. xxj. Erunt sicut palee ante faciẽ venti. ¶ Quinto quia vẽtus est in aqua dissimilitudinis ⁊ inequalitatis inductiuus ⁊ multarũ egritudinũ causatiuus qñ. i. in coꝝpore generatur vel ibi includitur. i. quia superbia dissimilitudines voluntatũ ⁊ inequalitates rerũ ꝑcurat. Unde multas egritudines in aĩa generat. Eccĩ. iij. Synagoge superboꝝ nõ erit sanitas. Eccĩ. v. Miserabilis prorsus infirmitas quõ venit sic reuertetur. Quid ergo prodest ei ꝙ laborauit in ventum.

Caplin lxxvj.

Superbi assimilant montibus. ¶ Primo quidẽ qa sunt tumidi. Mons enim sm Ysid. est tumor terre. Superbi enim terrenis diuitijs precipue intumescunt. Deu. j. Tumentes superbia ascendistis in montẽ. ¶ Secũdo qa sunt elati. Nam montes se in altũ erigũt. Unde sm Ysid. dicuntur montes quasi eminentes. Superbi enim per elationẽ mẽtis erigunt se in altũ. Job. xj. Uir vanus in supbiam erigit ac. ⁊ Ps. Ascendunt montes. i. per supbiã se extollẽdo. ¶ Tertio q: sũt terreni. i. de frenis cupidi. Mons ei pede sol-

terrā tangit: quia superbi affectū suū solum in terrenis ponunt. Sunt cui velut animę pedes ipius affectiōes. Pō. Non veniat mihi pes superbie. Miere. xlj. Molite elevari: quia dñs locutus: Date domino deo vestro gloriā anteq̄ offendāt pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucē & ponet eam in umbrā mortis & caliginē: qō si hoc non audieritis in abscondito plorabit anima mea a facie superbie. ¶ Quarto quia mōtes sunt nubium generatiui & per cōsequens aeris obscuratiui. Exo. xxiiij. Operuit nubes mōtem. Quasi cui nubes in mōtibus sūt terrena desideria vel appetitus dominandi in superbos cordib⁹: & ex his aer obscuratur. i. mens & ratio errat & obfuscatur. Exo. xiij. Erat nubes tenebrosa. ¶ Quinto quia sunt turbinū & ventoꝝ & fluminū plus q̄ valles passiui. Quia. s. superbi turbatiōes percussiōes violentias & delectiones frequētius patiūtur: & ideo cōtritionibus & doloribus implētur. Abacuc. iij. Cōtriti sunt montes seculi. Et in eodē. Doluerūt montes. Exo. xix. Ceperūt audiri tonitrua ac micare fulgura & nubes densissima operuit montē. ¶ Sexto qa montes sunt nivium diutius seruatiui. Quia. s. superbi sunt nivis. i. frigoris malicie & peccati diutius retētiui. Unde in frigore malicie diabolus hominē superbum ad eternū interitum trahit. Quod figuratū est. j. Paralip. x. vbi Banaias interfecit leonē tempe nivis. Leo significat superbū quē in tempe nivis. i. in frigore malicie diabolus extinguit. Unde in his mōtibus frigidis superbie multi perciūt eterna morte. ij. Reg. j. Inclyti israel sup montes tuos interfecti sunt. ¶ Item superbientes de pulchritudine siue fortitudine corporis assimilātur collibus. Mas collis est tumor terre breuis. vnde & dicitur tumulus quasi tumēs tellus. Mam superbi tales de vanitate intumescūt: qa de terra. i. de corpore & cito vastantur: qa breues dies hominis sunt: & ideo mons sequens hanc superbiā colliū in puluerē redigit. Isa. xlj. Colles quasi puluerē pones. Et ideo talis superbia multū decipit & fallit gloriātes & cōfidentes in ea. Hiere. iij. Vere mendaces colles fuerunt. Fallax eī gratia & vana est pulchritudo: vt dicitur Prouer. xxxi. Et simile est de fortitudine. Unde Miere. ix. Nō glorietur fortis in fortitudine sua. ¶ Item superbi affimilantur fluctibus maris. ¶ Primo qr fluctus se mutuo collidunt. & similiter superbi mutui se inuadunt & ledūt: & hoc é de diuina sententia vt superbi se inuicē deiciant & expellant. Eccl. xxix. Cōmouit illos quasi fluctus maris viros potentes gigantes migrare fecit & vagati sunt i gētibus aliens. ¶ Secūdo quia fluct⁹ nunc sursum nunc deorsum mutuo se impellunt. Similiter superbi nūc extolluntur nūc deiciūtur. Unde aliquando superbi sunt in exaltatiōe. Pō. Exaltati sunt fluctus eius: quādoq; vero in fractōne siue delectiōe. Job. xxxviij. Cōfringes tumentes fluctus tuos. Quasi cui mare tumentes fluctus suos cōfringit cum mundus ipe sentiens potētes & superbos oppmit. ¶ Tertio quia fluctus spumā & vētus gignunt. Similiter superbia gignit spumā iniquitatis & vētum vanitatis. Unde dicitur in epistola Jude: Hi sunt fluctus feri maris despumātes suas cōfusiōes. Jac. j. Similis est fluctui maris qui a vēto. s. vanitatis mouetur & circūfertur. ¶ Quarto quia fluctus harenulas inuoluūt & superius secum ferunt sic superbi involuūt alios mitiores secū. i. ad cōsensum sue superbie trahūt sicut lucifer traxit alios angelos. Exo. xiiij. Involuit eos dñs. i. involui permisit in medijs fluctibus. ¶ Quinto quia fluctus pisces allidunt: Quia superbi alios quos inueniūt molles & impotētes persequuntur & opprimūt. Unde Job. xxx. in persona sic oppressi cōqueriē dicens: Pedes meos subuerterūt & oppserūt quasi fluctib⁹ semitis suis dissipauerunt itinera mea insidiati sunt mihi & prevaluerūt & nō fuit qui ferret auxilium. ¶ Sexto quia fluctus maris naues i periculo ponūt. Per naues intelligūtur ecclesie quas supbi persequunt & destruere

molliuntur ⁊ Mathei.viij. Venti ⁊ fluct⁹ i naui. Vẽti tentationes demonuz ⁊ fluct⁹ i deſt perſecutiones ſuperboruz i naui.i. in eccleſia xpianoruz. ¶ Septimo q⁹ fluctus ſemper in motu ſunt ⁊ quieſcere nõ poſſunt. ſz vel omnio deficiũt. vel ſe agitant ⁊ propellunt. ſimiliter ſuperbi ſemp ſunt inquieti in ſe ⁊ etiam i alijs quouſq⁹ vel ipſi deficiant vel alios vnde volũt propellãt Iſa.lvij. Impij quaſi mare feruẽs quod quieſcere non poteſt redũdãt fluctus eius in conculcationem ⁊ lutum. ⁊ non ẽ par dicit dominus deus impijs. ¶ Item ſuperbotum ſcientia ſicut inflat eos in corde ita reddit eos tumidos i locutione. ⁊ ideo aſſimilãtur aque mõtane Aqua enĩ montana que extra ebullit cũ diu bibitur facit gulas ſtrumoſas ⁊ ꝑpẽ nimã frigiditatez multiplicat phlegma groſſum in gutture. Aqua enim montiũ eſt ſcientia ſuperboruz que ſtrumoſitatẽ facit i gutture.i.tumorem in voce ſiue locutiõe. Mã facit eos verba fatuoſa ⁊ ampulloſa proferre. ſm illud Horatij. Proijcit ampullas ⁊ ſexquipedalia vba. ⁊ ideo ſuperborum faſtuoſe locutiones ſũt aqs ſonantibus ſimiles q⁹ magnum ſonitum faciunt ⁊ nihil diſtinctum ſeu rationabile proferunt Pſal. Sonuerunt ⁊ turbate ſunt aque eorum Job.xxxiij. Verba illo⁹ non ſonant diſciplinam.

¶ Capitulum.lxxvij.

Emperãtia aſſimilat mercurio ꝓpter tria. ¶ Primo propter dominiũ. q⁹ mercurius dicitur aquis dñari. Vñ Lucan⁹ loquẽs de mercurio ait. Quem de⁹ aquaz perculſit. Similiter temperantia aquis cõcupiſcẽtie dominat. ⁊ fluxus carnis.i.luxurie lubricitatem reſtringit. Vñ ſine tẽperamento virtutis huius muruſ cõtinẽtie ruit Eze.xiij. Dic ad eos q⁹ liniunt abſq⁹ temperatura q⁹ caſur⁹ ſit. Illi enim abſq⁹ temperatura liniunt qui carnez ſuam innumeris delitijs nutriunt. ⁊ q⁹ non eis adeſt temperãtie modus caſdit protinus continẽtie murus. ¶ Secũdo propter effectum. q⁹ ſcz mercurius cõceptum vel natum ſub dominio ſuo diſponit ad ſapientiam. Vnde a ſapientib⁹ deus eloquentie dictus eſt. Et ideo gentiles Act.xiij. vocauerunt Paulum mercurĩ q⁹ ipſe erat dux verbi. Similit tẽperantia tam ciborum ꝙ̃ venereoruz diſpõit ad ſapientiam. Quod ſigno nature oſtẽditur ſeu creationis. Nam deus corpus hominis qui preceteris animalib⁹ ſapientia pollet i maximo temperamẽto conſtituit ⁊ ad equalitatez complexionis inter oĩa corpa maxime reduxit. j. Corin.xij. Deus tẽperauit corpus ⁊c. Et ic circo nos ipſum a ſuperfluis ⁊ inhoneſtis temperare debemus. Dicitur etiã mercurius fuiſſe deus paleſtre ſm Iſido. co q⁹ cum ſole luctatur dolens eum ſuperare. ſẽper enim iuxta ſolez graditur nũq⁹ pl⁹ diſtans ab eo ꝙ̃ per tres gradus. Vnde raro videtur q⁹ fere ſẽper ſub radijs ſolaribus occultatur. Hec luctatio cum ſole eſt pugna carnis cuz rõne volentis eã ſuperare: hanc luctam caro excitat ſed tẽperantia ſedat ipſaz carnem rõni ſubijciens vt eam ſequatur ⁊ iuxta eaz vadat ſicut mercurius iuxta ſolem. ¶ Tertio ꝓpter principatum. Nam ſm ptholo. ſub mercurio ſunt gemini. regnat in virgine. in piſcibus regnum eius abſcedit. Sic tẽperãtie ſubſunt gemini.i. ſenſus corporis qui ſunt gemiati vtpote q⁹ due ſunt aures duo oculi due nares.i. duo foramia narium. ⁊ ſic de alijs. Habet enim temperantia ſenſ⁹ corporis refrenare ⁊ caſtificare. regnat in virgine q⁹ potiſſima temperantie ſpecies eſt virginitas. ſed deficit in piſcibus ideſt in his qui viuũt i aquis deliciarum. perit enim caſtitas in delitijs ſicut Ber. dicit.

¶ Capitulum.lxxviij.

Tentatur fortius ⁊ frequẽti⁹ penitẽs ꝙ̃ peccatores. Et hoc apparet per ſimilitudinẽ venti. Mã ſicut Seneca in quarto libro de naturalibus queſtionib⁹ dicit circa auroram fit ventus q⁹ tunc vapor

ventum faciens est collectus ⁊ radius solis appropinquãs, percutit gelidũ aerem. Sz in prima pte noctis raro fit vẽtus qz ille vapor nõ est copiose collect⁹. Per aurorã ergo intellige penitentie conuersionẽ per quã nox peccati expellit ⁊ dies gre illucescit ⁊ tũc diabolus marie tẽtationis vẽtũ suscitare conat. Sed existente hoie i tenebris seu nocte peccati raro fit vent⁹: qz parum tentat diabolus. Et ideo super illud Ecc. ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia ⁊ timore ⁊ prepara animam tuam ad tentationem: notat Gre. dicens. Non ait ad requiem sed ad tentationez qz hostis noster nos adhuc i hac vita positos quanto magis sibi rebellare conspicit tãto amplius expugnare contendit. Illos enim pulsare negligit quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos vo vehementius incitatur cuz ex corde nostro quasi ex iure proprie habitatiõis expellit. Item deficiente estu tẽtationis abundat lachrime compunctionis. Nam in autũ no precipue circa finez abundant pluuie eo q calor estatis qui ꝓsumebat vapores remissus est ⁊ plus elcuat q̃ cõsumit. Est enim quasi calor estatis feruor tẽtationis. quo deficiẽte ⁊ tẽperie subsequẽte sequũtur pluuie. i. abũdãtes cõpũctiões lachrime Hiere. viij. Finita est estas ⁊ ita subdisti gs dabit capiti meo aquaz ⁊ oculis meis fontẽ lachrymaz. ¶ Caplm. lxxix.



Timere debẽt sancti viri q̃ diu sũt in carne q̃tũcũq; videant spiritu fernẽtes. ¶ Primo pp ipsius carnis fragilitatẽ. Sunt.n. similes terre q̃ lz per nãm sit solida igneis tñ ptibus cũ aereis est pmixta. Sic ẽt sancti viri lz habeant ex pte spũs soliditatẽ sanctitatis ⁊ igneitatẽ. i. feruiditatẽ charitatis tñ imixtã ⁊ ꝓ nũctaz aeri. i. fragili ⁊ passibili carni. Vnde dr Matth. xxvi. Spũs ꝓptus ẽ caro autẽ infirma. Vnde Apo. ij. Lozin. iiij. Hẽmus thesaurũ in vasis fictilib⁹. ¶ Scõ timẽt sancti pp suoz defectuũ multiplicitatẽ. terra.n. interius ẽ cauernosa ⁊ spõgiosa. Sancti.n. cũ se itrorsus ad semetipsos reducũt vt eis vita sua multz defectib⁹ plena nõ solũ paruis sz ẽt magnis. Sũt.n. defectus vite velut ꝓcanitates terre. Cauerne at sunt concanitates magne significantes defectus maiores. Sz velut spõgiositates pue sũt culpe ⁊ defect⁹ leuiores. Hũ ergo sancti i ꝓspectu diuini iudicij vitã suã itrinsecus reuoluũt velut terrã ꝓcanitatibus. sic vitã suã defectib⁹ plenã eẽ recognoscũt. de q bus apud iudicẽ vehemẽter iudicari metuũt. vñ ps. dicebat. Nõ i tres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe. Silr. Hiere. sub terre simulitudie defect⁹ hũane vite ꝓsideras dicebat. Asperi terrã ⁊ ecce vacua erat Hiere. iiij. ¶ Tertio timẽt sci suaz cogitatiõuz ⁊ affectionũ impuritatẽ ⁊ tentationũ ipetuositatẽ. Mã sicut terra in suis ꝓcanitatibus ẽ diuersoz vapoz susceptiua ⁊ ẽt vẽtoz quoz violẽtia aliqñ concutit rũpit ⁊ terremot⁹ maximi interdũ generant. Sic ẽt sci viri qñq; ex suis defectib⁹ vapores malaz cogitationũ vl immũdaz affectionũ sentiũt ⁊ vẽtos subintrates. i. tẽtatiões vehemẽtes ꝑ quas ꝓcutiunt ⁊ interdũ ꝑ cõsensũ rũpunt. ⁊ ita fit terremot⁹. i. animot⁹ in pem Hest. xi. Appuerunt terremot⁹ ⁊ turbatio sup terrã. ¶ Timor mũdanoz assumlat terremotui qui sp fit adlatus ⁊ p modũ tremoris nõ surszum nec deorsuz. Sic eni vapor ille mouet q terremotũ facit. Sursum.n. dr de⁹ eẽ deorsuz infern⁹ sz quasi ad lat⁹ ẽ nobis mũd⁹ mouet ergo surssũ q timet dñm. deorsũ q timet infernũ. sz quasi ad lat⁹ mouẽt ⁊ tremũt q timẽt mundũ ⁊ trãsitoras penas. sz frequẽter peccatores timẽtes ⁊ fugientes penas transitorias incurrunt penas eternas Psal. Cadẽt a latere tuo ⁊c.

¶ Caplm. lxxx.

Tribulatiões ⁊ amaritudines ⁊ quecũq; concussiões amicos dei nõ dissoluũt: sed fortiores faciũt. vñ sũt similes terre q̃ vt dic Beda vndiq; mari cingit. vndiq; quatit ⁊ tñ nõ dissoluit sz potius solidatur: qz dũ eius siccitas mari hũficio humectat ptes terre

coadunank que alias in pulueꝛē verteꝛē tur. Sic ex tribulationū ⁊ amaritudinuꝫ circūdatione stillak mētibus electoꝝ hu milioꝝ ꝓsolatōis iterne q̄ aia roboꝛak ⁊ ꝓsoli dak. ⁊ sic i seipsaꝫ tota coadunak. vt p tꝛaꝫ vel ipatiētiā minime dispgak ꝑsal. Firma uit orbē terre q nō cōmouebit. ℭ Itē tribu lationis amaritudo tutioꝛes reddit scōs viros q̄ ꝓsolatōis dulcedo. Sicut nauis tutioꝛ ferk ⁊ natat i amara siue salsa q̄ in dulci aq̄. ex eo q̄ aq̄ amara siue salsa grosꝫ fioꝛ ⁊ grauioꝛ ē dulci. vñ in ea natat ouū recēs. ⁊ i mari palestine mortuo nihil vi uū imergit. Jō nauis vt dcm̄ est tutioꝛ ferk ⁊ natat in amara aq̄ q̄ dulci. Sic aia si hꝫ amaram aqua tribulatōis tuta eē potest Quia aut ē ei ad purgationē aut ad augmētū meritū. Sed in aqua dulci ꝓsolatio num dubitat ne per eas aut resoluak aut forte in eis principaliꝫ ꝑmiek si qd fecisset boni. Vñ ꝑsal. Renuit ꝓsolari aia mea Et iterū Spi. xiiij. Trāsēutes mare per ratē scꝫ patientie liberati sūt. ℭ Itē tribu latio assi'atur mari. ℭ Primo q: licꝫ ma re non sit potabile vel dulce quo ad gu stum est tamen quo ad multa vtile ⁊ ꝑsi cuū. Nam multaꝫ firmitatū ē curatiuū Sanat enīꝫ hydropicos vlceꝛosos ⁊ sca biosos. Jta ēt tribulatio lꝫ non sit dele ctabilis sed penal' carni in sensualitate ē tamen vtilis ⁊ proficua spūi. videlꝫ q: sa nat infirmitates mētis. Curat. n. hydro piscos. i. auaros. vlceꝛosos ideſt supbos: scabiosos ideſt luxuꝛiosos qui habent pꝛuritum carnis. q: tribulatio castigat Vñ Michee. vij. Proiiciet in ꝓfundꝫ maris oia peccata. ℭ Scōo q: mare q̄ uis ex se sit salsū ⁊ amarum pꝛo dulcedine ta men venaꝫ p quas facit tranſitum ē sui saporis variatiuum. Silr tribulatio licꝫ videak amara vt in ꝑsi. tū ꝓpter dulce dinē ⁊ patientiam eoꝝ q cā tpaliter ⁊ trā sitoꝛie sustinēt mutabiē in eternā premiū dulcoꝛeꝫ. Judith. v. Fōtes amari obdul cati sunt eis ad bibendum. ℭ Tertio q: mare lꝫ sit inquietum est tamē ꝓpter continuum motum sue subſtantie a ſna coꝛruptōe, cōseruatiuū. Sic tribulatio lꝫ ingetet mētē vel carnē tū cōseruat eaꝫ a coꝛruptōe ⁊ luxuria Eccl. xi. Malicia vni us hoꝛe oblitionem facit luxurie Job. xiiij. Recedūt aq̄ ō mari ⁊ fluuiꝰ vacuefa ctꝰ aresc at. Aq̄ eni. i. cōcupiscētie carnis re cedūt de mari. i. de amaritudie tribulatio nū. ⁊ tūc vacuefactus sit fluuius. i. luxurie fluxus. ℭ Itē tribulatio feruētē spūm cō punctiōis gignit. ⁊ vētū vanitatis exclu dit. Cuius exēplū ē q̄ in pcellatis in pte se ptētrionali generatur spūs multꝰ. ⁊ vaꝑ coartak q facit terrā tremere. Ybi. xi. iuxta mare q̄si quotidie terra tremit. ⁊ tā fortis ē ibi motus eq̄ vel hoꝛis ita q̄ vaſ sa plena liquoꝛibus effūdūtur. Vnde q dā ꝓforauit terrā septētrionalē lācea lōga. ⁊ exiuit vētus tāt⁹ q̄ fere diruit magnā domū. Per terraꝫ septētrionis inte ligit aia peccatoris frigida a caloꝛe cha ritatis. Est eniꝫ subiacens septē capitalib⁹ vicijs que tū estate charitatis caleſcēte cō cipit spūm multū cōtritionis. vaꝑem cō punctionis. ⁊ tremoꝛē humiliationis. ita q̄ uas coꝛdis plenū liquoꝛe peccati euacuek effusione cōfessionis. ⁊ interdū dum terra. i. coꝛpus ꝓforak lancea longa actra ctione diuturne maceratiōis ⁊ 'afflictōis excluditur ⁊ exit ab hoie ventus ois pec cati ⁊ uanitatis.

ℭ Capitulum. lxxxj.

TRinitas diuinaꝫ ꝑsonaꝝ i vnitate cēntie repꝛesentak generalr in oibus creaturi Et hec repētatio in creatu ris irrōnalibus vestigiū ap pellak. Quelibꝫ. n. creatura subſistit in suo eē ⁊ hꝫ formā p quā deter minak ad spēs. ⁊ hꝫ ordinē ad aliq̄ alid. Per ꝑmū repētat patrē p scōm filiū. per tertiū spūsanctū. ℭ Itē in magnitudine creaturaꝫ cognoscak potētia ꝑis. i. dispo sitiōe fiui sapia. in ornatu bōtas spūsācti ℭ Itē i quolibet indiuiduo inuenies vni tatē spēꝫ ⁊ utilitatē. quoꝫ primū q̄uenit patri scōm filio. tertiū spūsancto. ℭ Itē scꝛiptura dicē q̄ omnia constituit deus in nūcro pōdere ⁊ mēsura Sapi. xi. In om ni enim creatura est unitas ueritas ⁊ bo/

nitas.siue mod⁹ species ⁊ ordo vt sit in omni creatura.quo vna ostenderet principij vnitas ⁊ quo trina personaꝝ trinitas. ¶ Item inuenitur in omni creatura quod est quod discernit ⁊ quod cõgruit. Sed omnes iste distinctiões siue assignationes vestigij ad personarum trinitatẽ reducuntur vt per se ẽ manifestũ. ¶ Iteꝝ apparet representatio trinitatis in omni bus substãtijs. Nam in omni substantia creata ꝑm Dionỹ inuenitur essentia virtus ⁊ opatio.quoꝝ primũ cõuenit patri secundum filio tertium ꝓcedit spũsancto. Specialiter aũt reperitur sancte trinitatꝭ representatio in substãtijs incoꝝporeis ⁊ imaterialibus scz in animabus ⁊ in angelis. Generaliter ãt in tres diuiditur spẽs. q̃ sũt vegetabilis q̃ est in plantis. sensibilis q̃ ẽ in bruꝭ.⁊ rõnalis que est in hoibus. Sz oib⁹ trib⁹ ꝓpetit vna rõ aie cõis. Et in vna cõi aie rõe repñtat vnitas cẽntie.sed ĩ triplici aie distinctõe repñtat ꝓsonarum distinctio. Sz excellẽtior adhuc repñtatio trinitatis est in aia rõnali.s.ꝓp modũ imaginis ꝓp quã dr.q hõ ad imaginẽ dei factus est. Nã sic̃ sunt in vnitate cẽntie diuine tres ꝓsone ita in vna cẽntia rõnalis aie tres potẽtie sũt.s.memoria intelligentia ⁊ volũtas.imago.n.trinitatis diuine nõ inuenit in hoĩe nisi ꝑm mẽtẽ. In alijs vo ptibus ofidit ibi repsentatio soluꝫ ꝑ modũ vestigij. Sz adhuc trinitatis imago attendit in mẽte ⁊ magis ꝑm actus discretiaꝝ potẽtiaꝝ q̃ ꝑm potẽtias ipsas. Propterea qꝝ ꝓsone diuine distinguũt ꝑm processionẽ vbi a dicẽte ⁊ ꝓcessionẽ amoris vtrũqꝫ ꝓnectentis. Verbũ ãt in aia sine actuali cognitione nõ põt cẽ vt Aug. dicit. Nõ ꝓncipaliter attẽdit imago trinitatis i mẽte ꝑm actus ꝓut.s.ex noticia rei quaꝝ hẽmus cogitando interius vbũ ꝓcipim⁹ ⁊ ex hoc in amorẽ prorũpimus. Sed qꝝ ꝓncipia actuũ sũt habitus ⁊ potẽtie. vnũ q̃dꝫ aũt est virtualiter in suo ꝓncipio se cũdario ⁊ quasi ex ꝓsequẽti imago trinitatis põt attẽdi in aia ꝑm potẽtias ⁊ habitus ꝓut in eis actus virtute existũt. Sed adhuc attẽde qꝝ imago nõ attẽditur i noticia vel amore sui vel alterius rei sz per respectũ ad hoc q̃ deus.qꝝ scz mens põt meminisse intelligere ⁊ amare deũ a quo facta est. vt dicit. Aug. Quia vt dictuꝫ est diuine ꝓsone distinguũt ꝑm ꝓcessionem vbi a dicente ⁊ ꝓcessionẽ amoris. Verbũ aũt dei nascitur de deo ꝑm noticiã sui ipsius.⁊ amoꝝ procedit ꝑm qꝝ se ipsum amat. ⁊ manifestũ est qꝝ diuersitas obiectoꝝ diuersificat speciẽ verbi ⁊ amoris qꝝ non ẽ idem verbũ de lapide ⁊ equo conceptuꝫ. Nõ attẽditur diuina imago ꝑm verbum cõceptum de dei noticia.⁊ ꝑm amorem ex inde deriuatum. Ipsa.n.rõnalis aia trib⁹ theologicis virtutib⁹ ꝓficitur sz side spe ⁊ charitate in via. Ipsa aũt in patria tribus donbus dotabit que sunt visio succedens fidei.inhesio succedẽs spei.⁊ fruitio coꝝrespõdens charitati. Nõ patet qꝝ in aia rõnali est sanctissime representatio trinitatis ⁊ ꝑm esse nature ⁊ ꝑm ꝓfectiones gratie ⁊ ꝑm statũ glorie Adhuc autem expressior ⁊ nobilior representatio trinitatis est que in angelis repitur. vnde ꝑm. Grego. Angelus dicitur signaculuꝫ similitudinis.qꝝ in eo similitudo diuine imaginis illuminatur expressa.⁊ hec similitudo inuenitur in quolibet angelo. Representãt etiam angeli sanctissimã trinitatem in cõmuni.qꝝ distinguũtur omnes ꝓ tres hierarchias.⁊ quelibet hierarchia adhuc tres ordines continet. vñ deus est in tronis vt maiestas.in cherubin vt veritas. i seraphin vt caritas per que notatur trinitas personarum.⁊ similiter inuenitur in alijs hierarchijs. Item apparet representantio trinitatis in substantijs coꝝporeis ⁊ materialibus. Nam in oi coꝝpore ꝑm ꝑhos tres dimensiones existunt scz lõgitudo i linea.latitudo in ſupficie: ſpiſſitudo siue ꝓfunditas dicitur esse in coꝝpore.qꝝ est ei⁹ dimensio ꝓprie: ꝓpria linea est trin ꝓducens.⁊ ideo ꝓpert pri.q ẽ ꝓncipiũ nõ de ꝓncipio. Linea enĩ secũdũ ꝑhm.dr eẽ producẽs qꝝ ẽ ꝓncipium a q̃ ſupficies fluit sz dicitur esse non ꝓducta Quia licet dicat fluere a puncto vsqꝫ ad pũctũ.qõ ñ ẽ in ꝓtinuo nisi linea ducẽ ta

mẽ nõ potest habere a pũcto aliquã quã titatẽ cuꝫ pũctũ sit indiuisibile Dñ linea put cõtinua nõ diuidit i pũcta sed i ptes ꝺtinuas. Et ideo phisicꝰ nõ ꝓsiderat pũcta cũ iste dimensiões ñ fluãt a pũcto sed a materia. Corpꝰ vo ẽ tñ ꝓductũ. qꝫ p fũdũ qõ ẽ ꝓpriũ corpori fluit a supficie Aliogn idẽ ꝓducẽt a seipso si i plão esset plures supficies. sed tñ dicit corpꝰ ñ esse ꝓducẽs qꝫ nõ itelligibil; vltra corpꝰ alia spẽs magnitudis diferẽs ab istis. Dñ Pfuditaſ siue corpꝰ ꝭgruit spiritui ſſacto quia ab aliquo ꝓcedit ꝑncipio. ſ. pre ⁊ filio ſꝫ nulla alia diuina pſona ꝓcedit ab ipo. De quo etiã dicit. Apo. i. Corin. iij. q̃ scrutatur, pfunda dei. Supficies autẽ ꝓducens ⁊ producta est producitur eni a linea ⁊ ipsa simul cum linea producit ipꝫ corpus siue profunditatẽ. ⁊ ideo cõpetit filio qui nascitur ex patre. ⁊ ab eo simꝫ ⁊ patre spũſſanctus procedit. ¶ Itẽ beata trinitas repꝛesentatur in naturis. Cõpetit enim ternarius numerus omnibus rebus naturalibus. Et qꝫ ſm Pithagoraꝫ esse complerum in natura habet ꝑn cipium medium ⁊ finem. Ideo Pithagoras docuit deum nature proprietatibus eminentẽ colere ter in die. Quia ipsa cognitio que de possibili est perfica tribus ſcꝫ sensu q̃ manuducimur. imaginatiõe qua indagamus verum ex his que nos manuducũt. ⁊ intellectu q̃ conſpicimus nuẽtum. Ideo etiam honoramus deũ ter ſm termegistum ſm tria puncta hemiſperij idest mãe meridie ⁊ vespere. vñ lex pithagoricorum ⁊ chriſtianoꝝ adorat ad orientẽ. Lex termegiſti ⁊ machometi ad meridiẽꝫ. lex Moyſi ad occidẽtem. ¶ Itẽz posita sũt a philoſophis magnis in cultu dei tria. ſcꝫ adoratio propt reuerentiam thus propter diſtributiõẽ ſuauiſſime cognitionis diuine ⁊ virtutũ celeſtiũ. terestrium. hymnus ſm Pithagoram propter concentum celi. ¶ Itẽ ẽ repꝛeſentatio trinitatis in celo. i. corporibus celeſtibus Computãtur enim ab apoſtolo tres celi. qꝫ dicit ſe raptũ ad tertium celuꝫ propterea qꝫ in ſpheris celorum triplex est diferentia. Quia est aliqꝫ celum mobile ⁊ ſtellatum ſicut firmamẽtum cum quo etiaꝫ computantur ſeptẽ planetarum orbes qui sũt ſub eo. Aliqꝫ vo est mobile ſed non ſtellatum ſicut cristallinum. vel ſi quod aliud ſupra ipſũ qꝫ ſit primuꝫ mobile ſm aſtrologos. Tertium aũt quod nec est mobile nec ſtellatũ ſicut empyreum quod est beatorũ locꝰ. In celo etiaꝫ relato ad terram iuenitur triplex dimenſio. ſunt enim tres vie cõtinue ſcꝫ lõgitudo a ſurſuꝫ in deorſũ vl̃ econuerſo. latitudo a dextro ad ſiniſtrũ Altitudo ab ante ad retro. Igitur in celo ad terrã relato circunferentie ad centrum cauſat longitudinem aſcẽdẽdo ⁊ deſcendendo. Ordo vo ſignorum i circulo obliquo facit altitudinẽ qꝫ ab occidẽte in orientem facit ante. ſed retro ẽ ab oriente in occidentem. Alius vo motus facit latitudinem. i. dextrum ad ſiniſtrum. ¶ Item repꝛeſentatio ſãcte trinitatis i planetaſ est. Aſſignatur enim eis triplex circulus. ſcꝫ deferens equãs ⁊ epicyclus. ¶ Item in eorum curſu dicitur esſe triplex gradus. Quia quãdoqꝫ planeta ẽ retrogradus. qñqꝫ directus. quãdoqꝫ ſtationarꝰ Mam quaſi ſtationarius pater a nullo est procedẽs. ſed quaſi retrogradus est filius carnem aſſumens. tunc eni ſol retrocedit vſqꝫ ad decimaꝫ lineã. vt figuratũ est. Iſa. xxxviij. ideſt vſqꝫ ad humanam naturam. que quaſi decima eſt poſt nouem ordines angelorũ. ⁊ in decima diagma figurata Luc. xv. Sed quaſi directus est ſpirituſſantus. qui miſſꝰ eſt ad directionem fideliũ. Vnde Pſal. Spũs tuus bonus deducet me ⁊c. Sed precipue ſancta trinitas. repꝛeſentatur i ſole. qui est maximus planetarum. In eodem ſole ſm Aug. tria hec conſideraꝫ q̃. eſt. q̃ lucet. q̃ calet. Primum competit patri a quo filius habet eſſe ⁊ ſpũſſactꝰ Scõm filio. Tertium ſpũſſanctõ. ¶ Itẽ est repꝛeſẽtatio trinitatis in locis. Eſt. n. triplex locus deputatus creature rõnali. ſcꝫ locus ſũmus ideſt celũ vbi ſola letitia ⁊ eſt infimus. ſ. infernus. vbi ſola triſtitia.

q̄ est medius hoc est mundus in quo sūt
summa speranda ⁊ infima timēda. Unde
Phil. ij. In nomine iesu omne genu flec-
tatur celestium terrestrium ⁊ infernorū.
In nomine iesu vt dicit Ambro. tota tri
nitas representat qr iesus interpretatur
unctus. in quo intelligitur ungens. ⁊ unc-
tio ⁊ ipse unctus. Ungens pater unctus
filius ⁊ unctio spiritussanctus. Et ideo i
nomine iesu olim in apostolorū tempo
ribus credentes baptizabātur in nomie
trinitatis. ¶ Itē repsentat trinitas in eis
que distinguunt ſm plm tripliciter. qr sē
simplr leuia vt ē ignis: vel simplr grauia
vt est terra. vel media grauia ⁊ leuia sicut
aer. qui est grauis respectu ignis. leuis āt
respectu aque. ⁊ aqua q̄ est leuis respectu
terre. grauis aūt respectu aeris. Item in
elementis inuenitur queda⁊ alia trinitas
respectu loci: qr solum tria elemēta se cō
tingunt i loco generationis. sc̄z aer aqua
terra. Aer enim non plus habz de natura
grauis q̄ aqua de natura leuis. Speciali-
ter aūt ignis representat sanctam trinita-
tem. qr ignis apparet tripliciter in flāma
luce ⁊ carbone. Item qr ignis hz triplex
esse. est. n. ignis purus in propria sphera.
ignis ꝯiunctus rei cōbustibili. s. in aliena
mā. ⁊ est ignis mixtus. s. in re elemētata. i
qua ſm quosdam ignis ⁊ etiam alia ele-
menta sunt aeru. Nō quo ad esse primuz
scz formaz substantialium. sed quo ad eē
scōm scz qualitatum suaz que sunt redu-
cte ad medīū. ⁊ ideo sūt ibi sicut extrema
in medijs. ⁊ ſm aliquos nullo modo sūt
ibi actu. sed sunt ibi virtute. Representat
etiaz trinitas beata in aere qui distinguit
per tria interstitia. supremum quod dicit
ethereum ⁊ medium ac infimum qō dicit
aereum. In supremo est calor ⁊ lux. ꝓpter
ignis ⁊ solis propinquitatē. Similiter in
infimo ꝓpter repercussionem radiorū
a terra. In medio aūt ad qō non pōt per
tingere reflexio radioz est frigiditas ⁊ ob
scuritas. Aqua etiam representat psonas
trinitatis. qr inuenitur aqua triplex. s. cō
densata vt in nube. vel congelata vt i gla
cie. vel liquida vt in fōte vel flumine. Est
enim aqua vnū ex illis trib⁹ que testimo
niū dant in terra ipsi trinitati beatissime
Jo. v. Tres sunt qui testimonium dant i
terra spiritus. aqua. ⁊ sanguis. spūs iquā
sanctificationis. aqua ablutionis. sanguis
redemptionis. Terra quoq; representat
beatam trinitatem. Dicitur enim Isa. xl.
Quis appendit tribus digitis molē ter-
re: per quos tres digitos intelligi possūt
tres persone diuine in orbe terre repre-
sentate. Unde ⁊ terra que inhabitatur tri
partie a sapientibus est diuisa. Unde vna di
citur asia. altera europa. tertia aphrica ē.
Et est asia mūdi totius pars media a me
ridie per orientem vsq; ad aquilonem p
tensa a quadam muliere sic vocata. que
apud antiquos regnum tenuit orientis
vt dicit Isido. Europa vero a septētrio-
ne vsq; ad occidentem est extensa. que sic
vocata est ab europa filia regis libie. quā
Juppiter rapiens ab aphrica duxit incre
tam. hanc tertiaz partē orbis vocauit eu
ropam. Et sic in europa. luij. gentes sunt
vt dicit Chrysostomus. Aphrica vero ab
occidente vsq; ad meridiem est protensa
siue porrecta ⁊ ſm quosdam dicta aphri-
ca quasi aphrica eo q̄ soli omnino sit ap
ta ⁊ nulli quasi frigori sit subiecta vt dicit
Isido. Aliqui autem dicunt ab afer filio
Abraam ex certa causa esse dictam q̄ ver-
sus lybiam dicitur duxisse exercitus ⁊ ibi
victis hostibus consedisse. ⁊ aphrica cum
europa est totius orbis medietas. Quidā
vero dicūt q̄ has tres partes mūdi tres
filij Noe diuiserunt postq̄ egressi sunt ꝺ
arca. ta vt Sem cum sua posteritate futu
ra occuparet asiaz Japhet europaz ⁊ chā
possideret aphricam sicut dicit glosa Ge
ne x. ⁊ idem dicunt Chrysosto. ⁊ Isido.
Plinius ⁊ alij plures concordant cū eis.
¶ Item beata trinitas representatur in
motibus. Est enim motus ſm locum tri
formis. rectus circularis ⁊ obliquus. Itē
distinguitur motus ſm aliquos in natu-
ralem. cuius principium est natura. ⁊ vio
lentum cuius principium est ab extra. et
animalem cuius principium ab intra. qr
ab anima que mouet multipliciter. ¶ Itē

In numeris est representatio trinitatis.
Nam primum impar ē ternarius numerus in quo pfectio primi repsentat. s. dei qui trinus ē ⁊ vnus. Jō ois res q̄ hz ista tria. sc̄z principium medium ⁊ finē dicitur eē pfecta. vtpote qz in trinario numero finis conformatur principio ⁊ iō sic dicit phs primo celi ⁊ mundi sm translationē arabicā. ꝑ hūc numerꝫ sc̄z ternariū ad hibuimus nosmetipsos magnificare vnū deum eminētē propter actibus eorum q̄ sunt creata Unde ⁊ hermes trimegistus ponit mūdum pfici in trib⁹ ymāmene. qō est impulsio vel iplexio causaꝝ. necessitate que est exequatio causarum ꝑ motum ad eē ⁊ ordine qui est distributio cuiuslibz ꝓducti i locū et officiū suū. ¶ Itē numer⁹ diuidit in tria. qz numeroꝝ sm Jsido. alius linealis alius superficialis. alius vero solidus. Linealis est qui ab vnitate inciptēs ordinate ꝓcedit vt vn⁹ duo tres ⁊ sic i infinitū. Superficialis vero nūerus est duct⁹ in se in aliū semel vt bis duo bis tria. Solidus aūt est q̄ ducit in se vel i aliū semel ⁊ postea semel ducit i totū. vt cū dr bis duo bis ter tria ter ⁊ sic de aliis. Vel alia distinctio nūeri per tria ē. qz nūmerorū alius digit⁹ ali⁹ articulus ⁊ alius cōpositus. Digitus eni cōtinet nūeros simplices ab vnitate vsq; ad decē. Articulus cōtinet decem ⁊ alios denarios. vt viginti. trigita. quadraginta. ⁊ sic de singulis. Cōpositus vo vtrūq; cōplectitur. vt vndecim duodecim. tredecim ⁊c̄. ¶ Item repsentatur trinitas i figuris. Nam prima figura dr rectilinea. Hec est triangulus habēs triangulos equales duobus rectis. Qui comparatur anima vegetabil⁹. q̄ hz tres vires nutritiuā augmentatiuam. ⁊ gnātiuaz. Est ergo triangulus tribus licis iclusus in trib⁹ ągulis extēsus. ⁊ ꝑ tres spēs diuis⁹. q̄ sūt sm phz eqlater⁹ q̄ hz oia latera eq̄lia: Jsoscheles q̄ hz duo latera tm eq̄lia. ⁊ gradalis q̄ hz latera ineq̄lia. Figura circularis repsentat trinitatē qz de⁹ ē circulo filis. Dicit eni hermes supradictus q̄ mōas gignit monadē. ⁊ in se suū reflectit amoꝛez. Ō quo ad nostrū itellectū trahētes dicim⁹ q̄ pater vn⁹ vnicū generat ⁊ genuit filiū ab eterno cū q̄ ēt simꝫ ab eterno spirat spūsanctū. q̄ ē nexus ⁊ amoꝛ amboꝝ. Nā de⁹ pater ab eterno se pfecte itelligit ⁊ itelligēdo se diligit. quā dilectionē extra se ad aliū nō extēdit sed i se reflectit qz ad itelligētē ⁊ itellectū ad patrē ⁊ filiū a quibus ꝓcedit ipsa dilectio ad modū circuli in seipsū reflectit. Unde ommo deus in essentiaz vnus pat intelligēs ⁊ itelligendo filiū gignens ⁊ amoꝛ ab vtroq; ꝓcedens vt in vtrūq; se referēs ⁊ reflectens ꝓpter q̄ trimegistus fuit interrogatus quid eē deus: R espondit De⁹ ēsphera itelligibilis. cui⁹ centrū est vbiq; circūferentia vo nusq̄. Nam qz de⁹ corpus nō ē nec ēt eē potest eo q̄ sūme simpler est qz omne perfectissimuz opꝫ eē simplissimuz eo q̄ posteri⁹ componētibus fit omne compositū ideo ad differentiā sphere corpozalis dicit q̄ est sphera intelligibilis. vnde in centro quod est quid minimuz ⁊ simplicissimum circa ferētie comparatū diuinam simplicitatē itelligc. sed per circūferentiā que est maxima imensitatem diuinā accipe. Est ergo sēs descriptiōis ꝑdicte. deus ē sphera. i. principio carēs ⁊ fine multo magꝭ q̄ circulus siue sphera. vt sic ei⁹ notek eternitas. intelligibilis vt notek ei⁹ imateria litas. Cuius centrum idest indiuisibilis ⁊ simpler ētia vbiq; tota est. sed circūferentia eius idest eius immensitas nusq̄ est. qz a loco cōprehendi nō pōt. sic ēt circūferētia primi celi dicitur minime loco contineri. qz primum celum cēt in loco cū loc⁹ sit terminus corporis continentis vt phs in phȳsicis dicit extra celum aliud corpus eēt qō celum includeret. ⁊ sic sequeretur qō de illo alio corpore. ⁊ sic de aliis. ⁊ ita procederet in infinitū qō ē inconuenies Unde sm Alexādrū vltima sphera nullo mō ē in loco. sz auerroys dicit q̄ licz vltimū celū nō sit in loco ꝑ se idest sm circūferētiā. est tm in loco per accidens rone cētri circa qō mouetur. q̄ ipm cētrū hz fixionē in loco. Sz rōnabili

us vł deū Themistij .s.q vltima sphera ⁊ ſm circūferētiā dł eē in loco rōne ptiū. q: ptes mutāt locū ſubſtātia ⁊ rōne ꝫ nō actu ſz potētia tm cū non ſit ps actu diuiſa. Si.n. eēt pars celi actu diuiſa tūc eſſet actu in toto fić in loco. Dn q: aligd dł de toto rōne ptiū in ētū ptes vltime ſphere ſūt in loco i potētia. tota vltima ſphera eſt i loco per accidens rōne partiū qō ſufficit ad motū circulare. Quicqd autē ſit de ſphera corporali. de deo tamen qui eſt ſine quātitate immenſus ⁊ omnino indiuiſibilis. hoc eſt verum q nullo appręhēdatur loco. Sic ergo de⁹ dicitur ſphera propter ſuā eternitatem. intelligibilis propter ſuā immaterialitatem ⁊ dicitur habere centrum propter ſuā ſimplicitatem. vbiq; totus propter ſuā indiuiſibilitatē. ⁊ dicitur eſſe nuſqꝫ ideſt a nullo loco comprehēſus propter ſuam immenſitatem. ¶ Item repręſentatur trinitas in conſonantijs muſicis. Sunt enim muſice tres partes. ſcz armonica rithmica ⁊ metrica. Item armonica fit tripliciter. Nam ſm Iſido. omnis ſonus armonicus aut voce editur ſcz per fauces. aut flatu ſcz p fiſtulas. aut pulſu ſicut p timpana pſalterium ⁊ citharam ⁊ huiuſmodi. Pulſus im portat potentiaz patris. vox refertur ad ſapientiam filij. flatus ad bonitatem viuificatiuam ſpiritus ſancti. Sic patet q: beatiſſima trinitas in omnib⁹ licz vario modo repręſentatur ſuis effectibus q deus omniū auctor eſt non ſolum vt vnus ſed etiam vt trinus. ex quo omnia. per quem omnia. in quo omnia cui ſemp ſit honor ⁊ gloria ⁊ erit in ſecula.

¶ Capitulum. lxxxij.

VErbū dei aſſimilat lumini iuxta illud Pſal. Lucerna pedibus meis verbū tuum ⁊ lumen ſemitis meis. ⁊ ꝫ ſimilitudo artędit quātuz ad ſeptem. ¶ Primo q: lumen eſt diuerſorum corporum diuerſimode penetratiuum. Vnde auctor perſpectiue dicit q lumen eſt tripler. ſcz reflexum fractum ⁊ directum. Reflexum ſicut a ſpeculo ⁊ alijs politis corporibus que lumē a ſe receptū reijciunt. Et tales ſunt qui verbū dei audiūt ſed ipſum audirum reijciunt vel cōtradicendo vel contrafaciendo ſm illud Job. xxxiij. Ipſi fuerunt rebelles lumini vel reijciūt illud obliuiſcēdo. ꝫ illud Ja. i. Comparabitur viro conſideranti vultuz natiuitatis ſue in ſpeculo. Pſal. Proiecisti ſermones meos retrorſum. ſed Luce. x. dicit. Beati qui audiunt verbum dei ⁊ cuſtodiūt illud. Aliud eſt lumen fractuz. ſicut quando lumen venit ad corpus alꝰ quantulum denſum vel durum. Tale. n. corpus lumen in ſe recipit ſed, ꝑpter māz q̄ oino non obedit vt trāſire lumē poſſit lumē nō recte incedit ꝫ ab inceſſu recto diuertit. ⁊ talis inceſſus dł fractio radij. Sic frangitur verbum dei in his qui audiendo ipſuz ſuſcipiunt ſed non obediūt faciēdo. Vnde nec recte ipſum ſuſcipiunt ⁊ ideo dł Ja. i. Eſtote factores vbi ⁊ non auditores tm fallētes voſmetipſos. ¶ Da thi. vi. Vide ne lumen qō in te eſt tenebre ſint. Nam res quā radius nō penetrat licet ex vna parte vbi lumen recipit ſit illuminata ex alia tamen ad quā non tranſit remanet tenebroſa. Vnde tales licet illuminentur in eo qō audiūt: tamē tenebro ſi ſunt in eo quod non faciunt. Tertium lumen dicit directum quando non repelitur nec materiaz inobedientem reperit ſed libere trāſit. ⁊ operationes perfectas facit. Sic ſimili modo etiam verbū dei ē cū diligenter ⁊ perfecte auditur ac deuote. q: tūc memoriter retinet ⁊ obediēt ac ſollicite implet. Vnde tunc perfectam operationem fać. quia ad eternā beatitudinem perducē. ſm illud Ja. i. Si quis perſpexerit in lege perfecte libertatꝭ. non auditor obliuioſus factus. ſed factor operis vel verbi hic btūs in facto ſuo erit. Pſal. Deducet quaſi lumen iuſticiaz tuā. Nam lumē ꝼmōt tranſeūdo deducē a principio ad medium ⁊ de medio ad extremum. ſic verbum dei quando audit aure: retinet corde. perficit opere. tūc iuſtificat hoiem ⁊ dignū reddit eterne beatitudis. ¶ Secūdo q: lumen eſt formaꝫ vel figuraruz

ua pfecti per fructus bonorum operū: ⁊ ideo postea congruētius producūt folia verbo⁊. Quedaꝫ tamē arbores sunt que simul ꝓducūt fructus ⁊ folia sicut ille q̄ predictos humores habēt proportionabiles. quibus similes sunt illiq̄ in humore mētis deuote ⁊ in humore aquoso salubris sciēter positi abūdātes simul dicūt ⁊ faciunt Act. j. Cepit Jesus facē ⁊ postea docere. Sūt etiā ⁊ alie quedaꝫ arbores q̄ citius ꝓducunt folia q̄ fructus ⁊ ꝓpter abundātiam humoris aquei ⁊ defectū humoris vnctuosi qz calor humoreꝫ aqueū citius attrahit ad locū ꝓductionis folio⁊ q̄ vnctuosum ad productionem fructuū. Sic̄ illi qui hñt multā sciētiam ⁊ paruā deuotionē facilius ⁊ citius dicūt verba q̄ producant opa. ¶ Jtē penitētia interior si sit cū debita preparatione ⁊ moderatione ⁊ exercitatiōe purgat ⁊ sanat aliaꝫ: cuius exemplū apparet in elleboro qui a fluuio vbi nascitur sic est dictus: qz dicitur habere virtutem mentes motam reducendi ad sanitatem. ¶ Item purgat corpus quia lignum quod radices hꝫ albas humores flegmaticos purgat: lignuꝫ vo qō radices hꝫ nigras purgat coleram nigrā: sed tñ nullus debet eo vti nisi prius materia digesta sit ⁊ temperata ⁊ tunc ēt cū cautela: qz vtus eius nimis est intensa ⁊ ꝑcipue radix alba multū larat superius ⁊ inferius. Vnde sepe nimia virtus ellebori est mortis inductiua ¶ Jtē ds qui accepit elleborū se mouere ⁊ a somno abstinere: vnde Jpoc. dicit. Si vis ellebo⁊ ducere mone corpus ne somnus accedat. Sic̄ penitentia ad hoc vt animā in peccato desipientē ⁊ insanientē ad debitum sensum reducat ⁊ purget a corruptis ⁊ superfluis humoribus. i. affectionibus ops precedere interiorem digestionē ⁊ preparationem in feruenti cōtritione sine qua penitentia exterior nō est valida. ¶ Item oportet in exteriori penitentia vti cautela ⁊ moderatione. Debet enim arteri sed nō occidi per imoderatā afflictionē. ¶ Jtē ops mouere corp⁹ in bonorum operū exercitatiōe ⁊ a somno negligentie ⁊ ocij abstinere. ¶ Item penitentia assimilatur myrrhe. ¶ Primo ratione eminētie: quia myrrha est arbor in arabia: vt dicit Jsido. quinq̄ cubitis alta in quibus accipere possumus quinq̄ penitentie gradus: primus est in contritiōe secundus in cōfessione: tertius in oratiōe quartus in elemosynarum largitione: quintus in ieiunij afflictione. Et isti tres vltimi gradus pertinent ad satisfactionē ¶ Secundo ratione effluentie quia de arbore myrrhe effluit guta amara multum aromatica ⁊ ista vocatur myrrha ⁊ vt dicit Plinius illa guta que per se manat non expressa magis est preciosa. ⁊ minus vtiq̄ valet illa que de cortice precioso est abstracta. Hec ergo amara guta est compunctionis lachryma ex contritionis amaritudine procedens. Hec est deo multum odorifera sm illud. Eccli. xxiiij. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ¶ Item est multum aromatica. i. medicinalis. Exo. xxx. Sume tibi aromatica myrrhe prime. Habet enim hec myrrha virtutem dissoluendi ⁊ consumendi quasi equaliter. ⁊ etiam confortandi. Et similiter penitentis lachryma amara dissoluit peccata. consumit mala desideria. ⁊ confortat corda debilia. sed illa est per se expressa que est voluntaria ⁊ non coacta. ⁊ talis penitentia est valida. non autem illa quaꝫ solus metus seu coactio causat. ¶ Tertio ratione efficacie. qz myrrha habet virtutem conseruandi corpora mortua ex ea peruncta imputrida ⁊ incorrupta. Similiter penitentia mortificatos corpore. sed spiritu viuificatos cō seruat a corruptione ⁊ putredine peccati. Vnde in huius signum venit Nicodemus ad corpus christi mortuum ferens mixturam myrrhe. Joh. xviij. ¶ Jtē⁊ penitentia assimilatur nuci que quidem exterius habet durum ⁊ amarum corticē ⁊ interius habet nucleum dulcem ⁊ vtilem. Vnde his qui temperate complexionis sunt ⁊ nucibus temperate vtuntur ꝓficiunt. qz omnibus cibis venenosis obsistunt. Et similiter est de penitentia qz q̄

uis eius opera exteriora videant dura ꝛ pēosa. vt ietūia ꝛ huiusmodi ꝛ interi⁹ etiam requirat amaritudinem contritionis: tamen conscientia per ipsam purgata inuenitur fructus eius dulcissim⁹ ꝛ efficacissimus ad resistendū omni cibo venenoso. i. peccato dummodo exteriorib⁹ operibus penitentie vt abstinentia ꝛ huiusmodi penitentes vtantur temperate. i. discrete. ¶ Item penitentia assimilatur cauli. ¶ Primo ratione trāsplantationis qz oportet caules transplātari vt possint in suo esse perfici. Sic peccatores⁹ trāsferri de statu culpe ad statum iustitie per transplantationē penitentie vt possit spiritualiter perfici. ¶ Secundo ratione decoctionis. Oportet enim caules coqui ꝛ elixari in qua decoctione licet materia. i. caulium substantia sit minus bona cum sit grossa ꝛ dura ad digerendum: ius tamen ipsorum caulium est colatiuum ventris humectatiuum ꝛ laxatiuum. sed substantia sine iure est cōstipatiua. Sed multum de ipsorum malicia tollitur si illa aqua proiiciatur ꝛ in alia decoquantur. ꝛ optime pinguedine condiantur vt dicitur in dietis. Sic etiam in penitentia necessarium est decoctionem peccatorum fieri per contritionis feruorem. Et quantumcūqz peccata de se grossa sint ꝛ dura ius tamen ideſt cōpunctio ipsorum peccatorum lachrymosa ꝛ feruida est mentis laxatiuum ꝛ purgatiuum. Vnde caulis substantia sine iure. i. memoria peccati sine compunctione. potius est constipatiua. i. indurativa ad peccatum retinēdum ꝙ ad emittendum per confessionē. Et sicut ad tollendum caulium maliciam fit duplex elixatio ita ꝙ aqua prime elixature proiicitur. ita ad tollendum maliciam peccatorum duplex fit in penitentie compunctio: qz prima prouenit ex timore pene. secunda autem ex amore iustitie. ꝛ hec est perfectior. Vnde aduenientē secūda prima proiicitur. qz perfecta charitas foras mittit timorem vt dicitur. i. Johannis. iiij. sed debet addi optima pinguedo. scilicet cōtemplationis ꝛ oratiōis deuotio. ¶ Tertio ratione electiōis quia caules debent eligi ꝛ accipi magis teneri ꝛ meliores efficiūtur quādo a prima primitus decoquūtur. qz dum calor ad caulium intima renocatur melius substantia eorum digeritur ꝛ molior ꝛ sapidior inuenitur. Similiter illi penitentes sunt magis electi qui sunt magis teneri. i. molliores ad flendū. vel ad amandū vel cōpatiendum. Meliores etiaz ꝛ feruentiores efficiuntur. qui primo a prima. i. ab aduersitate mundana ꝛ a tribulationum vehementia sunt tacti ꝛ excocti. quia mala que nos hic premūt ad deum nos ire compellunt. vt dicit Grego. ¶ Item penitentia quanto asperior tanto magis valet ad frangendum corda dura ꝛ ad expellendum venenosa diaboli tentamēta. Cuius exemplum apparet in paturo qui ꝙnis sit crudus asperimus ꝛ spinosus. tamen habet quedam capitella spinosa in quibus sunt semina ad calculum frangendum. ꝛ contra morsus venenatos valentia vt dicit. Biasco. ¶ Item penitentia est similis arbori aloes. que ē arbor aromatica in india nascens vt dicit. Paſ. ¶ Primo enim aloes est arbor gustus amaricativa. quia lignum eius licet sit aromaticum tamen gustus eius est subamari saporis. Hoc autem penitentie competit ratione contritionis q̄ amaricat gustuz anime ex ipsa recognitione culpe. Isa. xxxviij. Recogitaui tibi oēs annos meos in amaritudine anime mee. Prouer. vij. Asperſi cubile meum myrrha ꝛ aloe. Hoc cubile est conscientia qō est aspergendus myrrha. i. amaritudie ex memoria culpe. ꝛ aloe. i. amaritudie ex cōsideratiōe offēse. ¶ Secundo aloes ore masticata est cerebri immutativa. Nam odor eius tunc maxime sentitur cuz ore masticatur qz tunc odor aromaticus statim cerebrum tangē videtur. Tunc autē peccatum per penitentiā masticatur quādo oris cōfessiōe diligenter ꝛ aperte narratur. ꝛ tunc ipsius cōfessiōis odore ꝛ vigore cerebrum immutatur dū. ex ei⁹ resolutione consitentis facies lachrymis irri

gatur. debet enim confessio esse lachrymabilis. ¶ Tertio aloes est humoris desiccatiua. est enim vt dicitur in Platone calida ⁊ sicca. Et hoc penitentie competit ratione abstinentie per quam humor luxurie in corpe aresc̃it: ⁊ amor spiritualis in mẽte accendit ⁊ calesc̃it. ¶ Quarto est aloes odoris emissiua. Est eteni odoris suauissimi atq; fumiculus particula loco tymiamatis in altaribus adoletur ⁊ hoc cõpetit penitentie rõne orationis: qr cum pure ⁊ deuote oratur quasi quidam fumus ⁊ odor suauissimus deo ministrat. Huius ergo particula prima est oratio mentalis: qr alia eius pars est oratio vocalis. Prima ergo particula dum in altari cordis feruenter immolatur. ex ea ipse deus velut ex suauissimo tymiamate recreatur. ¶ Quinto est aloes corporis confortatiua. Nam lignum eius stomachũ confortat ⁊ vinũ decoctionis eius bibitum debilitatem cordis ⁊ cerebri maxime iuuat. Similiter penitentia confortat stomachũ anime. i. mentẽ ad suscipiẽdum ⁊ retinendũ cibum spiritualis doctrine. ¶ Item vinũ decoctionis. i. feruor confortat cor debile ad largam dationẽ corporalis elemosyne. confortat etiã cerebrum ad emissionẽ abundantis lachrime vel confortat cerebrum. i. sensum ad cautelam ⁊ discretionem conscientie.

¶ Itẽ penitentia assimilatur absinthio. ¶ Primo qr absinthium habet virtutẽ amaricatiuam. Est enim tante amaritudinis q; etiam ipsum mures ⁊ vermes horrent. Et hinc est q; libros ⁊ pannos a vermibus ⁊ muribus tutos seruat. si quis cũ eis in cistula sua absinthium ponat vt dicit Diasco. Sic in corde penitentis debz esse contritio amarissima. Et hec est que repellit mures ⁊ vermes. Mures sunt tentationes diabolice: vermes remorsus conscientie quos remouet ⁊ extinguit amaritudo penitentie. ¶ Secũdo qr habet absinthium virtutem laxatiuam scz pter caliditatem ⁊ amaritudinem. Vnde si inuenit materiã digestam eam dissoluit ⁊ expellit. Et hoc competit confessioni penitẽtis: qr ex caliditate. i. feruore ⁊ amaritudine confitentis ipsa confessio habet virtutem laxatiuam. i. emissiuam ⁊ purgatiuam peccati: qr culpam quam per cõtritionem inuenit iam digestã. i. ad purgationem ⁊ electionẽ paratam dum confitetur emittit ⁊ ejicit. ¶ Tertio habet virtutem restrictiuã. dicitur enim in Platone q; absinthij virtutes habent contrarias scilicet laxatiuam ⁊ constrictiuaz. Nam sicut laxat ex caliditate ⁊ amaritudine. ita restringit ex ponticitate ⁊ grossitie substãtie suc. vnde si materiã compactam inuenit compactiorem eam facit. Hoc autem cõpetit penitentie ratione satisfactionis per quam dum peccatorũ materie ⁊ causẽ subtrahuntur ab ipsis peccatis penitens restringitur. Est enim satisfactio secundum Aug. peccatorũ causas excidere ⁊ eorum suggestiõibus aditũ non prebere. ¶ Itẽ penitentia assimilatur bethe que est herba canis. Primo propter coloris apparentiã. eius enim species est duplex vna est alba. ⁊ alia nigra. Quasi autẽ penitentia alba est penitentia innocentiuz sicut Jobis baptiste. Sed quasi nigra est penitentia peccatoz sicut Marie magdalene. Vtriusq; tamen bethe succus naribus instillatus vt dicit. Diasco. caput purgat. qr vtriusq; penitentie vtus mentem purificat siue a venialibus vt penitentia innocentiũ siue a mortalib⁹ sicut peccatorũ. vel vna preseruando a culpe defectione. alia expiãdo a culpe ꝓtagione. Secundo ꝓpter virtutis efficatiã. Est enim eius virt⁹ in humore in frõde ⁊ in radice. In humore siue succo est ei⁹ virtus ad ꝓseruãdũ capillos vt dicit. Diasco. Sic ⁊ penitẽtie virtus ⁊ lachrima capillos capitis. i. vtutes mẽtis reparat ꝓditas ⁊ ꝓseruat habitas. In frõde vo est vtus qr folium eius tũsum ⁊ morbo appositũ ignem saluaticũ extinguit. Quasi enim bethe folia sunt diuersa penitẽtie opa vt ieiunium elemosyna. ⁊ oratio. Ignis autez saluaticus ẽardor vicioz. siue auaritie quẽ extinguit elemosyna. siue luxurie quẽ extinguit ieiunium siue abiectiõis ⁊ superbie quẽ extinguit

oratio mentē humiliando. In radice vo
est virtus. q; sicut dicit Aristo. super ra
dicē bethe sicut ꝛ super caulē potest inse
ri surculus. qui corroborat radicez ꝛ in
arborē transmutat. Radix bethe. i. initiū
penitētie est timor q; pnia ex timore gi
gnit. In qua radice si surculus amoris in
seratur. i. vt timor penitētis sit cum amore
charitatis, pficit penitens in magnā arbo
rem. i. in virum perfectū. ¶ Itē penitētia
assimilatur cimino. ¶ Primo rōne com
plexionis q; sm Marcū. ꝛ Persium ci
minū est calidū ꝛ siccum in secūdo gradu
Penitentia enim est calida ꝛ sicca: q; per
compunctionē incendit mentez ꝛ per ab
stinentiā deficcat carnem: ꝛ vtrunq; est in
secundo gradu: primus enī gradus siue
respectus est propter satisfactionē pecca
ti: secūdus propter cautelam futuri. Se
cundo ratione decolorationis q; nimi⁹
vsus siue frequentia eius vt dicunt. Dias.
ꝛ Pla. ꝛ Plinius faciei discolorationem
inducit quia. s. per indiscretam pniam si
ue abstinentiā corpus infirmatur ꝛ facies
discolorat: ꝛ pallescit facies corporis, p
pter diminutionem calidi sanguinis ꝛ cri
am facies anime propter diminutionem
feruoris. ¶ Tertio rōne operationis scz
quoniā ciminū habet virtutem fumosi
tatis subtiliatiuam ꝛ digestionis confor
tatiuaz. Quod facit penitentia dum per
abstinentiam subtrait superfluitatem ci
bi ꝛ porus q̄ pertinent ad vicium gule.
¶ Itē hz virtutē ventositatis subtiliati
uam ꝛ inflatiōis vētris restrictiuā. Qō cō
petit penitētie inquantū ventū vanaglo
rie subtiliat. i. annihilat ꝛ inflationē sup
bie fugat. ¶ Itē doloze stomachi mitigat
qō cōpetit penitētie inquātū mitigat irā.
¶ Itē habet virtutem cū baccis lauri fri
gidi reumatis curatiuā. Et hoc cōpetit pe
nitētie inquātū expellit frigidum humo
rem accidie. ¶ Item habet virtutem san
guinis coagulatiuā oculo mirrhe in cera
munda dissolutiuas. Quod cōpetit peni
tentie inquātū refrenat luxuriā: cui⁹ im
pudicitia maxime in oculis cōgregatur ꝛ
ostenditur. ¶ Item habet virtutem huo
ris carnis cum cera bene mixtum ꝛ sup
appositum totaliter ablatiuā. Et hoc hꝫ
penitentia inquantum tollit luxurie inui
die. ¶ Itē habet virtutem faucium sana
tiuam. Quod competit pnie in quantuz
sanat vicium auaricie. Sunt enim auari
quasi quedam fauces insatiabiles. quarū
dolor ꝛ cruciatus est q; non possunt ha
bere que cupiunt. quem dolorem insacia
bilis appetitus vera penitentia sanat.
¶ Item penitentia assimilatur cucurbite
Primo ratione extensionis. Haz herba
cucurbite in ramos ꝛ folia pariter ꝛ fla
gella ad modum vinee se distendit. ꝛ qui
busdam ligamentis se vndiq; connectit.
Similiter penitentia ramificatur in com
punctiōe vbi sunt diuersi rami. i. diuersi
compunctiōis modi. Item habet folia. i.
verba vtilia in cōfessione ꝛ flagella idest
opera penalia in satisfactiōe. In quibus
omnibus verus penitēs se proficiendo
distēdit sed nihilominus oportet q; vn
diq; se quibusdā ligamentis. i. firmis caute
lis ꝛ adiutoriis cōnectat ita vt in peccatū
amplius non cadat. ¶ Secundo ratione
floritionis. Habet enim quosdam flores
albidos quos emittit precipue cōtra no
ctem. Hi flores albi sunt munde affectio
nes que oriuntur in corde penitentis p̄
cipue contra noctem peccati. ps. Lauabo
per singulas noctes lectum meum lachry
mis meis ꝛc. ¶ Tertio ratione fructifica
tionis. Vbi nota q; cucurbita ad bene fru
ctificandum indiget calore. Vnde in ter
ra calida maxime fructificat. Itez humo
re. i. aque irrigatione. q; sepe aqua rigari
cupit. ¶ Item appodiatiōe q; sine appo
diatione florere quidē potest sed fructifi
care vix potest. imo tunc fructus et⁹ vel
deficit vel putrescit quādo non sursuz a
terra erigitur ꝛ in lignis vel virgulis se
suspendit. Similiter penitentia bene fru
ctificat quando est radicata in charitatis
amore. Hec enim est terra calida anima
charitate succensa. ¶ Item q̄ est rigata
frequenti exhortatione vel lachrymarū
crebra effusione. ¶ Item quando est apo
diata sanctorum virorum familiaritate

vel cohabitatione qui suis exemplis vel auxilijs penitentem erigant ⁊ sustentent. ¶Quarto ratione complexionis q; cucurbita ſm ꝓla. est frigide ⁊ humide cōplexionis ⁊ qualitatis temperate. Et penitentia frigefacit ardorē concupiscētie extinguendo ſpāliter per abstinentiam ⁊ humectat in lachrymas resoluendo: sed in vtroq; opꝰ esse tēperamentū ⁊ in ieiunio ⁊ in fletu. ¶Quinto rōne augmenti ⁊ corruptionis quia cucurbita cito crescit ⁊ cito decrescit ⁊ in terra sicca nō ꝓficit: ⁊ ꝑma cortex eius mollis est. sed postea cū ad maturitatē venit ad modū ligni indurescat. Sic penitētie feruor in q̄busdaz cito crescit ⁊ similiter deficit sicut flāma p;unaꝛ. Prouer. xiij. Substātia festinata cito minuet. ¶Itē nō ꝓficit penitētia in aīa q̄ est arida siue ab aqua ſapientie siue ab humore cōpunctionis lachrymose: siue ab hūiditate pietatis affectuose. ¶Itē penitēs Iz a ꝑncipio sit mollis ⁊ pauidus: tamen charitate ſolidāte efficit fortis ⁊ firmus. ¶Sexto rōe curationis q; cucurbita est febris acute purgatiua. Est eni cucurbita elixata febrē acutā pati entibus cibus ⁊ medicina. Mā febris materiā per vrinā purgat. Quasi. n. acuta febris q̄ corpus incendit ⁊ vehemētē sitim gignit est auaritia q̄ appetitū iflāmat ⁊ insatiabile ad habēda desiderū causat. sed hanc febrē penitētia purgat ⁊ extinguit. ¶Itē cucurbite succus valet contra tumorē oculoꝝ: penitētie hūilis lachrymа valet cōtra superbiaz q̄ oculos mentis q̄si tumidos reddit. ¶Itē cucurbita elixata calorē sedat q; ſ. penitētia calorē cōcupiſcentie ⁊ luxurie mitigat. ¶Itē penitētia assimilat centaurce q̄ est herba amaritiſſima ⁊ cū amaritudine hꝫ quandā dulcedinem admixtaz. Dū dolorem vētris sedat: visum clarificat: paralisym curat: vermes ventris cum melle necat. Sic penitentia ex vna parte debet esse amaritiſſima debet. n. penitens esse amarus: q; merita sua ꝓdidit amario: q; ifernū meruit: amaritiſſimus: q; celuz sibi clausit. Sed cuz ista amaritudine est dulcedo admixta de ſpe venie que inititur bonitati diuine miſeri cordie. Ipsa ergo penitētia dolorem siue tristitiam mētis prouenientez ex ira siue inuidia restringit. visuz interiorez obscuratū per ſuperbiaz siue per auaritie puluerem clarum facit: paralisim. i. accidie siue negligentie frigiditatem ⁊ immobilitatem expellit. vermes ventris. i. corruptiones gule vel luxurie extinguit. Ites penitentia quanto magis est amara tanto est abūdantioris gratie cauſatiua. Cuius exemplus apparet in hedera q̄ licet sit ſapore amara tamē est vberum lacte repletiua. Vnde hedera vt quidaz dicunt dicitur ab edo. q; ſumpta in cibum a capris lac multiplicat vnde edi nutriunt. Sicut ergo hedera amara multiplicat lac capraruz in vberib⁹. ita amara penitentia multiplicat gratiam ⁊ virtutes anime in penitentibus:

¶Capitulum. lvij.

Penitentia diuerſis virtutib⁹ perficit. ſicut arbor ſiue planta diuerſis partibus integratur. Habet. n. planta in ſe partes aliqs proportionabiles partibus animalis. Habet enim radicem loco oris medullā loco vētris. q; in ea ſit hūoris decoctio anteq̄ trāſferat in ſubſtātiā foliorꝫ vel fructuū vel ramorum vt dicē. Ariſt. Quidā tamen vocant medullā matricē vt ipſe ꝓbs dicit. q; in ipſa humor plāte ſeminarius sicut fetꝰ in matrice cōtinetur. Et quidā vocant medullaz viscera. q; i ipſa separatio fit puri ab impuro ſicuti fit in animalium inteſtinis. Quidaz autez vocant eā cor arboris. q; ex ea ꝓcedit motus vite vegetabilis. ſicut vita animalis ꝓcedit ex corde. Itez habet arbor nodos loco neruoꝝ q; per eos partes inuicem colligant. Item habet venas. i. rimulas in quibus naturalis hūiditas cuſtoditur ⁊ ad partes arboris deriuatur. ¶Itē habet corticē loco coriꝫ. i. ad iteriores ligni defenſionē. Vnde facit cortex in corpore arboris quod facit coriū i corpe animalis. Rami aūt sunt ſicut brachia ⁊

ramuſculi ſicut digiti. Fructꝰ autē ꝛ folia ſunt ſicut partes ſuperfluę. ſicut capilli ꝛ vngues. Vñ cadunt ab arbore ſubtracto humore ſicut cadūt pili de corpe animalis. Omnia aūt predicta inſtrumēta ſunt etiam ſuo modo penitētibus neceſſaria. Oportet enīs penitētem habere medullā .i. cor cōpunctus per cuius compūctionē ſpiritualiter viuificetur. Eze. xxxiij. Vita viuet ꝛc. Item radicē .i. os vbi ſit profeſſio per quam etiam nutrimentum ſpiritualis gratie attrahitur ꝑs. Os meum aperui ꝛ attraxi ſpiritum .i. gratiā ſpiritualē ad anime vegetationem. Naꝫ nō itraret per os anime ſpiritualis gratia niſi primo per profeſſionem eſſet purificata. Oportet etiam qꝫ habeat vētrem .i. mētem in qua ſit dilectio. per quā ſpirituale nutrimētū decoquitur. Sicut enim nutrimētuꝫ corporale nō aplicatur corpori. nec ei prodeſt niſi ſit per caloꝛē naturalē primo digeſtū ita ꝛ nullū ſpirituale nutrimentū. i. opus de genere bonoꝝ poteſt prodeſſe niſi ſit p charitatē dilectionē decoctuꝫ .i. Corin. xiij. Si diſtribuero in cibos paupeꝝ oēs facultates meas ꝛ tradidero corpꝰ meuꝫ ita vt ardeā. charitatē autem non habuero nihil mihi prodeſt. Item debet habere matricē .i. humilitatem: in qua fetus cōceptus .i. bonum, ꝓpoſitū vel bona intentio claudatur ꝛ cōſeruetur. qꝛ ſicut dicit Greg. perit omne quod agitur ſi non in humilitate cuſtoditur. Itez oportet habere viſcera .i. cōſiderationes ſiue cogitationes in quibꝰ ſit prudentia diſcernens purum ab impuro ꝛ vtile a nociuo. Nā prudētia ſicut dicit Aug. in libro de moribus eccleſie. eſt amoꝛ ea quibꝰ iunatur ab his quibꝰ impeditur ſagaciter eligēs. Et dicitur prudentia eſſe amoꝛ nō eſſentialiter ſed in quantum amoꝛ mouet ad actum prudentie. Vnde amoꝛ dicitur diſcernere in quantuꝫ mouet mētē ad diſcernendum. Item habere debet nerꝰos ſiue modos .i. vnitatis ꝛ pacis colligationes. Et venas .i. elemoſynas in quibus cōſeruatur naturalis humiditas .i. miſericoꝛdie pietas que debet quaſi naturaliter ineſſe homini. ſm illō. Job. xxxj. Ab infantia mea creuit miſeratio mecum ꝛ de vtero matris mee egreſſa eſt mecum ꝛ etiam per eas ad membra nutrīēda. i. ad proximos ſuſtentandum defertur. Debꝫ enim habere coꝛium duruꝫ ad defenſionem interioꝝum .i. patientiā in aduerſis que ab intrinſeco eueniunt. Nam patiēcia ſicut dicit Gre. eſt cuſtos omniū virtutum. Debet habere ramos .i. brachia ꝛ digitos ad ſatisfactendū ꝛ ad opa meritoria diſcrete operandum. ¶ Itē debet habere ornatum filioꝝuꝫ ſiue capilloꝝum .i. modeſtiam vel compoſitionem moꝝum exterioꝝum.

¶ Capitulum .l viij.

Penitentie opera quanto magis ſunt humilia ꝛ auſtera ꝛ cōpungitiua tanto magis valent contra peccata: cuius exemplum apparet in pruinis: qꝛ illa qꝫ ſūt nigra aliquātulū ꝛ accida qualia ſunt damaſcena ſunt ſtomacho meliora. Sūt eni frigida qꝫ ſunt bene matura. Vñ qꝛ bene infrigidant ꝛ humectant valent cōtra febrilē caloꝛē ꝛ ventris conſtipationē Sic penitētie opera qꝫ ſunt nigra per apparentiā humilitatis. Cañ. j. Nigra ſum ſed formoſa dicit ala penitēs nigra ꝓ humilitatē formoſa ꝓ charitatē. ¶ Itē dura per auſteritatē laboꝝis. ꝑs. Laboraui in gemitu meo. ¶ Itē accida per cōpūctionem mētis. ꝑs. In cubilibus vꝝis cōpungimini. Talia inquā opa refrigerāt caloꝛem febrilē .i. inoꝛdinatum peccādi appetitū extinguēdo. Eccli. xxx. Ignē ardentem extinguit aq̄ .i. ardoꝛē peccādi cōpunctio lachꝛimoſa ꝛ ꝓſtipationē .i. duriciam obſtinate mentis ſoluendo. Eccli. xxx vj. Auferam de carne veſtra coꝛ lapideum ꝛ dabo vobis coꝛ carneum.

¶ Capitulum. lix.

Perficere nō poteſt bonuꝫ propoſitum homo ſtando in ſeculi vanitate: cuiꝰ exēplū apparet in oliuis: qꝛ oliue ſm Ariſto. nūq̄

pfecte matureſcũt i arbore: ẽt ſi p plures annos ibi cõtigerit eas ſtare. Dñ debent colligi ỏ arbore. ⁊ p pluref dieſ coacerua ri in vnã cõgerie ⁊ ſic p mutuã cõpaſſio// nẽ pfortato calore ad plenã pducunt ma turitatẽ. Quaſi aũt oliua ſuſpẽſa i arbo// re eſt hõ poſitus in ſeculi vanitate. Dic ẽt ſi boni ꝓpoſiti liquorẽ int⁹ cõtineat ſpm tñ ad debitã maturitatẽ. i. ad debi tum finẽ ibi ſtãdo nũꝯ plene pducit. Sz ſi ide ſepatur. ſ. a ſeculi ipedimẽto ⁊ i ogre rie. i. i ogregatõe alicui⁹ ſancte religionis ſeu ſocietatis locꝫ qꝫ talef in opibus ſpi ritualib⁹ ſe mutuo fouẽt cõfortato ſpũa li feruore citi⁹ matureſcet. i. ad bõi ꝓpo ſiti finẽ pueniet. Et ĩ cõ Chryſoſt. ỏ ĩ ipſo loquẽs ſub ſilitudine ficꝫ dicit ſup Mã teo. q⁹ ſicut difficile eſt. ĩmo oino ipoſſibi le ſiculneã iuxta viã poſitã vſqꝫ ad matu ritatẽ pducere groſſos ſuoſitu difficile ẽ hominem in ſeculo remanentẽ vſqꝫ ad fi nem boni ꝓpoſiti peruenire.

¶ Capitulum. lx.

Erfecti viri aſſimil ãt gitꝗ qõ eſt gen⁹ leguminis co
p loze nigrũ quãtitate puũ. ſ. ad modũ gũmi. ¶ Jtez dulcedie ſapidũ. ⁊ ĩ õ i pãe dulcorãdo ſpargit. Sic ſã cti ⁊ pfecti viri ſunt calore nigri p diuini amoris aduſtionem. Mã ligna aduſta re manent nigra. ſz iſta nigredo. ſ. dim amo ris non cauſat defoꝛmitatem ſz formoſi tatem Cañ. i. Nigra ſũ ſz formoſa. ¶ Jtẽ ſunt ẽritate parui p ſui reputationem. Apo. i. Cor. xv. Ego ſũ minim⁹ apl̃oꝝ. ¶ Jtẽ ſt dulcedie ſapidi p ꝓtẽplatõez. ꝑs. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe ꝛc. ¶ Jtẽ pfecti viri dñr eẽ fiſes nuci muſcate. qꝛ int nuces muſcatas ſũt p op timis eligẽde q̃ ſũt graues ⁊ ſolide interi us q̃ cũ frãgũt nõ puluerizãt ⁊ ſubrubicũ di color. eẽ oñdũt cũ odore ſuaui ⁊ fo/ ti. Sic illi ſũt pfecti ⁊ electi viri q ſũt gra ues p prudẽtie maturitatẽ ſolidi. i. plẽi i teri⁹ p vtutũ veritatẽ. q ñ puluerizãt cuz franguñt. i. cũ perſecutionem ⁊ violẽti á patiuntur per inconſtãtie leuitatem qꝛ puluis leuis eſt ⁊ a vẽto mobilis. ¶ Jtẽ qui ſunt rubicundi p amoꝛis feruiditatẽ ⁊ ſuauiter ⁊ fortiter redoleñt p bone fa me ſuauitatez. ¶ Jtem pfecti viri aſſimi lantur oliue ꝓmo ꝓpter lignum. Nam lignum oliue in radice habet amaritudi nem in cortice habet duriciem in medul la habet pinguedinem ⁊ in ramis multi tudinem. Sic viri perfecti habent i radi cibus cordis vel amaritudinẽ cõpũctio nis erga defectus ꝓximoꝝ. vel amaritudi nem cõpaſſionis erga ꝓximos afflictos vel amaritudinem indignationis ⁊ zeli contra impios. ¶ Jtem habent in cortice. i. in corpore duriciem patientie ſtilicz in laboribus plurimis. ſz in medulla ani me habent pinguedinem gratie. ¶ Jtem abundant in multitudine ramoꝝ. i. bonoꝝ operum. ¶ Secũdo ꝓpter locum. Requirit eniz oliua ꝓmo qdẽ lo cum tpatum. ſ. nec nimis calidum nec ni mis frigidum magis tamen ſe hñtẽ ad calorem q̃ frigus. ¶ Jtem requirit locuz macilentum: qꝛ non vult plantari in lo co nimis pingui ſed macro. ¶ Jtez requi rit locum ſolt expoſitum: multum enim dligit celi rorem ⁊ aeris ſerenitatem. Si militer in viris perfectis inuenitur tem peramentum. i. moderamen prudentie ⁊ macredo abſtinentie ⁊ ſolis calor. i. fer uoꝛ amoris ⁊ ỽuotionis intime. Jpſi eñ maxime appetunt rorem celeſtis gꝛe ⁊ i omnibus ſp habere ſerenitatem conſciẽ tie. ¶ Tertio ꝓpter fructum: habet eniz oliua fructum pinguem dulcem ⁊ vtilez. Similiter viri perfecti habent opera pi guia dulcia ⁊ vtilia: pinguia ſcz ꝓpter deuotionem ⁊ dulcia reſpectu ſui per de lectationem: ⁊ vtilia reſpectu ꝓximi p ſuſtentationẽ. O pera eñ ſanctoꝝ. viroꝝ ſũt deo pinguia vt ſacrificiũ: ipſiſmet dul cia ꝓpter meritũ: primis vtilia ꝓpꝫ exẽ plum. Vel qꝛ opa perfectoꝝ viroꝝ fiunt cũ pinguedine pietatis: cũ dulcedine cha ritatis: cũ plenitudine vtilitatis. Dñ ex p ſona viri perfecti dicitur in. ꝑs. Ego au tem ſicut oliua fructifera in domo dei. ¶ Jtem perfect⁹ hõ aſſimilaꝫ grano pipe

ris. Nam granū piperis est exterius nigrum ⁊ interius album. sapore acutum: odore aromaticum: quantitate modicū: virtute magnuz: actu frigidum: potentia calidum: cuius virtus nō sentitur dū est integrum sed postq̄ masticatum fuerit vel contritum. Similiter hō perfectus est exterius niger. i. despectus p apparentiam vel niger. i. decoloratus p pniaz ſz interius alb'ꝰ p innocentiā. ¶ Jtē i sapore acut'ꝰ p humilitatē sapiētie: odore aromatic'ꝰ p sua nitatem fame. Jtez q̄ntate modicus per reputationem humilitatis ⁊ apparet virtute maximus per efficaciā operis actu frigidus circa temporalia potentia q̄ue potenter calidus circa spiritualia. Cuius virtus non sentitur dum est integer. i. ab iniurijs intactus. sed cum fuerit masticatus per iniuriarum oppressionem ⁊ contritus per aduersitatum ⁊ tribulationuz passiones tūc maxime p patiētiam ostendit sue virtutis p̄fectionē: patiēna. n. op' perfectū hz vt dicit. Jac. i.

¶ Capitulum. lxi.

Persecuētia assimilat lauro. ¶ Prio ratiōe viridi tat'ꝰ: eo q̄ suo viroze nec hyeme nec estate hec arboz spoliat. Sic ergo dz hō perseuerare i bono vt nec hyeme aduersitatis nec estate ꝓsperitatis viroz' ez vtutis amittat. ¶ Secundo ratione securitatis: h enim arboz esse dicitur que secura a fulminibus a fantasmatibus ⁊ a vermibus. Propter primuz dicit in hystoria scolastica q̄ Tiberius cesar celo tonāte lauz in capite solit' erat ferre ne posset ledi a fulmīe. Propter secundū dicit in eodē libro q̄ rebeca ꝓpe morē gentū quē in parētib' viderat seruaz lauri capiti suo iposuit. ⁊ ramis herbe que agnus castus dicitur incubuit: vt visiones veras videret ⁊ fantasticas non sentiret. Quantū ad tertium dicit Diascor. q̄ folia ei' viridia sūt q̄ mlcū odori fera si trita ⁊ apposita fuerit pūcturam apū ⁊ vesparuz ⁊ omnē tumorē ledūt. libros ⁊ vestes cū ḡbus ponuntur a tineis ⁊ vermibus tutos seruant. Similiter perseuerantib' in bono nec fulmina aduersitatum nec fantasmata demonum nec puncture infirmitatuz nocēt: sed oīa finaliter eis ꝓsunt. ¶ Tertio rōne dignitatis Laurus enī dicitur a laude eo q̄ eius ramis ⁊ folijs cū laudib' victoꝛ capita olī coronabant vt dicit Jsido. Sic sola ꝓseuerantia que laudē ⁊ coronam meretur. Nam sine perseuerātia vt dicit Gregorius nec pugnans victoriam nec victor accipit palmam.

¶ Capitulum. lxii

Relatus debet esse similis malo. ¶ Primo q̄: est arboz sat' magna q̄ glob' animaꝝ prelat' est. et ii ō ratione psone: saltē tamē rōne officij satis magnus ⁊ honorādus. Dū augu. Honore coram nobis prelat' sit nobis: ratione cor̄ dō substratus sit pedibus nostris. ¶ Secundo q̄ malus est arboz ligno solida: q̄ prelatus esse debet animo solidus p cōstātiā vt nec ꝓsperitate cor̄pat nec aduersitate frangat. Talis enī fortitudo requirit in eo q̄ ad prelationē eligit. Ysa. xl. Forte lignum ⁊ imputribile eligit artifex sapiens. ¶ Tertio mal' ē ex cortice rugosa ⁊ nodosa. Cortex ät rugosa est humilis prelati apparentia: q̄ nō decet prelatū ecclesiasticū esse seculariter pōpōsū. ¶ Quarto quoq̄ q̄ malus ē frōdū densitate ūbrosa: ē aūt q̄s densitas ⁊ vmbrositas frōdū affluētia ⁊ gratiositas vboꝝ que dz esse i plato ad exhortādū. ¶ Quinto quoq̄ q̄ mal' ē floꝝ varietate decora. Dic aūt decoꝛ floꝝ est pulchritudo ⁊ ōcēta modꝝ q̄ dz cē in plato. vel quasi flores odoriferi ⁊ attractiui sunt bona exempla prelati i qbus abundare debet fm illud. j. Thi. iij. Exemplum esto fidelium in verbo in conuersatiōe in charitate. ¶ Sexto q̄ malus est fructū fecūditate gratiosa. fecūditas aūt fructuū est abūdāna bonoꝝ operum ⁊ ꝑcipue elemosynaram tam corporaliū q̄ spiritualium. Apostolus Col. i. In omni opere bono fructificantes.

¶ Capitulum.lxiij.

PRoficere ſi velit hō impfectus ⁊ creſcere i ſpiritu debet perfectionibus adhere re. Cuius exemplum appa ret in hedera que ſm Iſido. dicta eſt hedera eo q̄ arboribus hereat. Vnde multum in altuz ſe extendit quādiu murum vel arborem inuenit cui appodiari poſſit ⁊ hincinde ſe capit donec ad ſummum perueniat. Sic homo qui vult ſpiritualiter creſcere debet talibus adherere qui ſint ei pro muro ad defenſionem ⁊ pro arbore ad fructuum pductionē. ſ. vt eoruz exhortationibus ⁊ orationibus a tēratōib⁹ ptegatur ⁊ etiam eorum exemplis quaſi quibuſdaz fructibus reficiatur. Vnde illis homo debet adherere de quorum verbis vel exēplis ſpiritualem fructum capere poſſit. Et tunc hincinde. i. modo hoc verbū modo hoc exempluz ad ſe capiendo cito ad ſummum peruenet proficiendo. ¶ Item penitens vel imperfectus homo gradatim proficiendo perficitur ſicut arboris corpus non ſubito ſed paulatim ⁊ gradatim augetur. Nam primo ſemē in herba erūpit deinde herba in arborē creſcit. dū herba in duriciē trāſit ⁊ in arborē cōuale ſcit. Vnde dicit arbuſta quaſi arboris haſta. Simliter ēt penitēs nō ſit in ꝓtinēti p fectus: ſz ꝓficit gradatim. ꝑs. Ihūt de vtute in vtutē: vnde Bern. nolo repēte fieri cūmus ſz paulatim ꝓficere volo. Et ideo penitēs a ꝓncipio qdē eſt herba mollis: q̄ incipit cū timore: ſz poſtea ſolidat ⁊ ꝓficit i dilectiōe. Et nota q̄ in corpe plāte ſūt ſeptē gradus augmēti q̄ debēt eſſe in ꝓficiēte. ¶ Primus gradus eſt in radicibus: hȝ. n. plāta radices loco oris vt dicit phs qb⁹. ſ. mediātibus humor trahit ad totaz ſubſtātiam arboris ⁊ quāto plus augetur tanto plus de humore attrahit. Radices aūt penitētie ſunt timor ⁊ dolor q̄ dolet penitens de offenſa: ⁊ timet de pena. Et quāto eſt maior dolor ⁊ timor tanto maȝis abūdat meror. i. lachrymaꝛ hūor: q̄ ſunt penitēti anime vt cibus ⁊ nutrimētū ſm illud. ꝑs. Cibabis nos pane lachrymarum ⁊ potum dabis nobis in lachrymis. ¶ Secūdus gradus ē in ſtipite ſiue ligno qō eſt ps arboris fortior ſolidior ⁊ ſubſtātialior qō a radice exiēs vſq; ad ſūmū arboris ſe extēdit. Et ideo ſm eius augmentū ſiue quātitatē iudicat arbor magna vel pua. Hoc lignū in ꝓficiēte vel penitēte eſt charitas: que eſt virtus ſubſtantialior ad merendum. fortior ad aggrediendum: ⁊ ſolidior ad ſubſtinendum. Vnde ſm eius quātitatē ⁊ eius augmentum iudicat aliquis apud deū magnus vel paruus. Vnde Augu. dicit. Si vis ſcire quātus iſte ē ices quātū diligit iſte. Si enī multuz diligit magnus ē: ſi parū diligit paruꝰ eſt. ſi nihil diligit nihil ē. ꝓio Ioā. xiij. Si charitatē nō habuero nihil ſum. ¶ Tertius gradꝰ eſt in cortice exteriori que eſt ad defenſionem ligni. Vnde eius augmētū ops q̄ ſit ꝓportionatū ⁊ cōmenſuratū ipſi ligno interiori ſm eius extēſionē ⁊ exigentiā. Vnde alique arbores habēt corticē ſubtiliorē: alique craciliorem ſm ligni poſſibilitatez maiorem vel minorē. Hec autē cortex in penitente eſt exterior abſtinentia ⁊ cuſtodia per quam defenditur ſpiritus a tentationibus multis ſed tamen abſtinētia ops q̄ ſit mēſurata ⁊ diſcreta ſcilicet maior vel minor ſm exigentiam ſpiritus ⁊ valitudinem corporis ⁊ non omnibus cadē abſtinentia competit ſed diuerſa. Augu. Diſtribuatur vnicuiq; veſtrum victus ⁊ tegumentū nō equaliter oibus q: nō equaliter valetis omnes ſed potius vnicuiq; ſicut cuiq; opus fuerit. ¶ Quartus gradus eſt in ramis per quos intelligunt opera penitentie q̄ debent procedere ex charitate ad hoc vt ſint fructuoſa. i. meritoria ſicuti rami fructificātes pullulant ſtipite. Et nota q̄ quāto humor eſt abūdātior ⁊ calor fortior tāto arbor eſt ramoſior. Sic quāto in penitēte plus abūdat calor dilectōis ⁊ humor cōpūctiōis ſiue cōpaſſionis ad proximū tāto ē ramoſior. i. operoſior. ¶ Quintus gradus eſt in foliis. i. in verbis. Dicit enim Ariſto. q̄ folia ſunt ꝓpter fructū q: etiā verba debent eſſe talia q̄ ſint ad

meritum ⁊ in talibus foliis bonum est abundare ⁊ incrementū suscipere: sicut sunt verba diuine laudis confessionis ⁊ orationis vel exhortationis. ¶ Sextus gradus est in floribus p quos intelliguntur bone cogitationes ⁊ affectiones q̄ in penitentibus debēt abūdare. ¶ Septimus gradus ē in fructibus. i. in meritis. Arbor. n. multū vel parum fructificat nō ſm multitudinē vel paucitatem ramor̄ vel ſm augmēta tēpor̄ ſed ſm abūdantiam vel defectū caloris ⁊ humoris. Sic ēt homo penitēs ꝓficit in meritis non ſm numerositatē op̄ vel diuturnitatē tēpor̄. ſed ſm q̄ritatem humoris ⁊ caloris. i. deuotōis ⁊ charitatis. Vnde dicit Augu. q̄ non numerositas op̄ nō diuturnitas tempor̄ ſed maior charitas melior q̄ volūtas auget meritum.

¶ Capitulum. lxiij.

Rosperitas tēporalis assimilat fabe que humorem
p grossus ⁊ inflatione gignit stomachū ledit grossū et̄ sanguinē facit ⁊ fumū qui caput offendit ⁊ somnia terribilia et vana inducit. Sic temporalis prosperitas inducit inflationē superbie voracitatem gule per quam etiam ad litteram stomachus frequenter leditur. Vel venter in quo nutrimentū spiritualis doctrine recipitur ⁊ retinet est memoria quā prosperitas temporalis ledit inducendo oblionem dei. ¶ Item fumus vane gloie caput. i. mentem offendit replēs eam fumositate vanitatis. vñ nimia prosperitas tēporalis infatuat ⁊ inquietat caput rōnis. Et iō dicit Seneca. xxx vij epist. Res inquieta felicitas tpalis se exagitat mouet cerebrū nō vno genere alios in aliud irritat. hos in potentiā: alios in luxuriā: hos inflat: hos iflāmat: hos mollit: ⁊ hos resolvit. Ipsa ēt gignit terribilia somnia. i. terrores fantasticos: vt frequēter timeant qui in prosperitatibus sūt ea que non sunt timenda sicut somniantib⁹ accidit. ꝑs. Illic trepidauerūt timore vbi non erat timor. ¶ Capitulum. lxv.

Pulchritudo anime assimilatur pulchritudini arbo-
p ris. Nam pulchritudo arboris consurgit ex quatuor: primo ex statura proceritate: videlicet quoniā arbor est alta ⁊ est recta: ⁊ ramorum densitate debito modo cōserta. Sic pulchritudo anime primo in hoc consistit q̄ sit recta per intentionē: alta per contemplationem: ⁊ ramis varijs circunspecta p̄ variarum virtutum adornationē vel diuersorum bonor̄ operum multiplicationem. Bañ. iij. Arbor̄ sublimē vidi ſt atq; robustā cuius altitudo pungit ad celū aſpectus eius ingēs erat ⁊ rami eius pulcherrimi. ¶ Secundo consurgit pulchritudo arboris ex partium ordinabilitate: videmus enim in diuersis arboribus q̄ ptes eaꝝ ⁊ rami diuersimode ordinant. ⁊ ſm q̄ magis sunt ordinati ⁊ inuicem proportionati ita arbor reddit pulchrior vel minus pulchra. Isti aūt rami possumus dicere q̄ sint sensus ⁊ partes hois exteriores. qui quāto magis sūt ordinati ⁊ in suis motibus modesti: tanto reddit hominis conuersatio ⁊ aſpectus ⁊ quietus pulchrior ⁊ gratiosior. Bañ. iij. Magna arbor ⁊ fortis ⁊ pceritas eius cōtingens celū aſpectus illius erat vſq; ad terminos vniuerſe terre: folia eius pulcherrima. ¶ Tertio ꝓsurgit ex figure congruitate siue formositate: variatur enim arbores i figura: q̄ quedam partes arboris tendūt ſurſum quedā deorſum: quedam vō tenent medium. Alle enim in quaꝝ medulla viget humor subtilis quē calor ad superiora ducit pyramidanf in modum flāme que aſcēdit. Sed alle in quibus ē humor grossus ⁊ aquosus inferius deprimūtur ⁊ angustanf. Alle vō in qbus ē humor medius medium tenēt. Vnde pars alta aſcendit ⁊ est cā elevationis: alia descendit ⁊ est cā ingroſſationis. Sicut ergo in arbore ē triplex humor sic in homine est triplex amor: vnus qui eum eleuat ⁊ iſte ē amor subtilis. i. ſpūalis: alius qui ipſum deprimit ⁊ grauat ⁊ iſte ē grossus ⁊ aquosus. i.

terrenus ⁊ carnalis. ¶ Tertiꝰ ē q̄ medi⁹ scilz amor naturalis vel amor socialis ⁊ animalis: q̄ de se non deprimit per peccatum nec eleuat per meritum. Et nota q̄ duplex humoris digestio fit in planta prima in radice que fit in plāte augmētatiōe. secunda fit in medulla plāte ꝓpter eiꝰ cōplentionē maturationē dilatationē ⁊ cōseruationem: ⁊ sufficit hec duplex digestio ad plāte pfectionem: vnde digestio tertia in solis ajalibus inuenit sicut Aristo. dicit. Sic ēt duplex digestio. i. purificatio opꝫ q̄ fiat in anima. primo in radice. i. in itellectu p puras cogitationes ⁊ ista valet ad augendū feruorem spūs. ps. In meditatione mea exardescit ignis. ¶ Secundo opꝫ q̄ fiat in medulla. i. in affectu: scz vt hēat puras affectiones: ⁊ hoc facit ad maturitatem morum ⁊ ad completionem operum. ⁊ ad dilatationem meritorum ⁊ ad cōseruationē virtutū ⁊ bonoꝝ. ¶ Item quarto cōsistit pulchritudo arboris siue plāte in coloris viriditate. Mā planta quanto viridior tanto pulchrior. Sed nota q̄ quedā plante sunt que semper virescunt: sicut arbores que compactam ⁊ solidam hñt substātiaz ⁊ in quib⁹ est sufficientia humoris. Quedam vero arbores sunt que viriditatem suam: aliquando amittunt. Sunt enim frondose ⁊ virides in estate: sed sine frondibus ⁊ viriditate in hyeme: sicut ille que raram ⁊ porosam substantiaz habent: qō est etiam propter defectuz humoris: quia quādo humor nutrimentalis nō sufficit natura illum subtrahit a partibus non necessarijs: puta a folijs ne deficiat necessarijs. Quedaz vera sunt que aliquando virescūt scz in estate: quandoq3 vero pallescunt scz in hyeme folia tamē sua non ꝑdunt. Mam fortem habent calorem sibi incorporatū ⁊ dū ipe calor ad interiora arboris fugit a facie frigidi aer] exterior facies arboris maxie i folijs glauca fit ⁊ pallescit. Nō tū planta talꝫ expoliat folijs pp viscositatem sui humoris ⁊ intēsionē caloris. Plantis ergo illis que semper virescunt assimilantur virgines que summum virorem carnis semper tenent. i. virginitatem. Plantis vero que aliquando viriditatem foliorum seruant: aliquādo vero eam perdunt assimilantur coniugati qui ꝑdiu matrimonij seruant honestatez virides aliquo mō possunt dici. i. continentes. Vnde vocatur continentia coniugalis. Sed quando fidem thori non seruant vel matrimonio indebite vtuntur precipue in casu vbi fit peccatū mortale: tunc ex toto viriditatem perdunt. i. continentie honestatez. Plantis autez que vno tempore palescunt ⁊ alio virescunt silles sunt vidue. Mam in quibusdam inuenitur tam fortis calor interioris amoris ⁊ taz viscosus. i. tā tenax humor deuotionis. q̄ in matrimonio licz aliquo modo pallescunt vt in vsu matrimonij delectationez carnis sentiendo tamen ꝓpter hoc folijs siue foliozꝫ viriditate non expoliantur: qz non ratione libidinis nec ēt indebito mō ipso matrimonio vtuntur: sed iterū reuirescūt quādo sunt postea viduate qz cōtinentiā seruant ⁊ gratiā dei p bona opera conseruare ⁊ multiplicare ꝑcurant.

¶ Capitulum. lxvi.

REligio assimilatur pinee q̄ est pini fructus. ¶ Primo ratione apparētie siue figure. Mā fructꝰ pini quādo i imo iuxta stipitē appet grossus ⁊ i rotūdū dilatatus: tanto in summo ꝑpramidalis est ⁊ acutus. In quo figuratur q̄ religio si quanto plus se dilatant ⁊ diffēdunt circa inferiora: tanto plus muniuntur circa superiora: vel in hoc significatur q̄ religiosus circa i ferioza debet esse simplex ⁊ grossus ⁊ circa superioza subtilis ⁊ acutus. Secundo ratione continentie. qz pinea est nux magna continens in se multa grana: testis valde duris iclusa q̄ p ordinem sūt inuicē coniuncta. quibusdā tamen testaꝫ folliculis quasi gbusdā parietibus sunt distincta. ⁊ licz testa sit multū dura fructū tamen dulcissimū in se clau

dit. Hec nux magna religio ē que est magna ꝓpt magna vota vel ꝓpter magna opera in qua cōtineri debēt multa pcosa grana. i. multe deuote persone. Valde aūt oure teste gb⁹ includunt sunt difficiles obseruātie regule qbus obligant̄ur: q̄ si nō essent dure nō essent ꝑfectiue. Et hec grana debēt inuicē glutino charitat̄ q̄ pacis q̄ regularis vnitatis esse ꝓiuncta q̄ tamē i suis actib⁹ q̄ moribus ordinata q̄ distincta nō tm̄ cellis q̄ hospitijs: sz et officijs q̄ tēporalibus operibus ꝑgruis. Et huc testa. i. exterior regula vel institutionū obseruantia videat esse dura: nō tamē est fugienda q̄ dulcissimum tam gratie in presenti: q̄ glorie in futuro includit in se fructum. Vnde dicitur Heb. xii. Omnis disciplina in ꝑsti qdem nō videtur esse gaudii sed merozis. in fine āt exercitatis ꝑ eaz dulcissimum fructum reddit iustitie.

¶ Tertio ratione adherentie qr. s. pinea est adherentie valde fortis q̄ magne glutinositatis q̄diu recens existit suam pinguem humorositatem vetustate non perdit: sed post q̄ ille humor eius consumit̄ fic facile aperitur. Similiter etiam religiosi debent tam deo q̄ sibi mutuo per amorē q̄ concordiā fortiter iherēdita q̄ diabolus nō possit eos aperire nec ab inuicē diuidere. Et talis fortis inherentia est in pinea. i. religione. q̄diu ē ibi pinguis humorositas deuotionis q̄ gratie sicut erat in principio quando religiones incepe/runt. Vnde tunc sic erant clause diabolo q̄ nō inueniebat locū ingrediēdi. i. cis. Sz nunc quasi per vetustatem temporis illa bōa humorositas nimis diminuta videtur. Et ideo q̄dq̄ diabolus eas aperit q̄ diuidit abinuicem faciliter per discordias q̄ inuidias q̄ in scissuras q̄ partialitates pessimas. Et ideo hodie religiosos multos diuersi vicus dissipat q̄ maxime ambitiombus superbijs inuidijs q̄ multis aliis

¶ Item religionem nouiter ingrediēs assimilat̄ ꝓpagini. Propago. n. ſm actores est nouela vitis. Vñ ſm Ysido. ꝓpaginare est palmitem terre imersum sternere q̄ inde nouā vitem producere. Vñ palmes sub terra mers⁹ terre admiscetur. q̄ in radicē cōuertit qua nutrimētū attrahit. ex quo viuit ꝓpagat̄ q̄ nutritur q̄ auget. Ille aūt qui religionez igredit quasi palmes terre imergit. Terra eni ē religionis hūilitas in qua velut mūdo morietis qui ingreditur sepelit. sed ibi abscōditus radicē charitatis mittit ꝑ quā nutrimētū vtautum q̄ bonoruz opez et diuinoꝝ verborum ad se trahit. ex quo nutrit̄ q̄ proficit quousq̄ perficiat etiam ad fructus alios producēdos. ¶ Itē religio sine disciplina studio nō conseruat̄ sed efficit similis seculo. Cui⁹ exēplū apparet in rosa domestica q̄ rosa domestica plantat̄ q̄ colitur si cut vitis: q̄ si inculta remāserit efficitur sicut silueſtris. Silueſtris aūt trāsplātata si bene culta fuerit efficitur bona rosa. Quasi eni rosa domestica est religionis status. Nam precipue religiosis dictum est. Estis cues sanctoruz q̄ domestici dei. Sed hec si negligit vt studio q̄ correptione discipline non colatur efficitur silueſtris idest similis statui seculari. Si autez econuerso rosa silueſtris idest homo seculari in religione plantetur: vbi diligēter cultu discipline regatur efficitur rosa deo domestica: angelis grata q̄ hominibus odorifera.

¶ Capitulum. lxvii.

Religiosus debet esse similis arnso quod est herba. ¶ Primo quia scilicet semen arnsi est quantitate minimū ga sez religios⁹ debet se ꝑ humilitate minimum reputare: exemplo sez pauli qui dicebat. i. Corint. xv. Ego sum minimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus: qz persecutus sum ecclesiaz dei. ¶ Secundo qz est figura rotundum qz scilicet religiosus debet se reddere ad motum obediētie promptum. Nam corpus rotundum est motui maxime aptū. sicut pz in celo quod ideo factū ē sphericum q̄ rotundus vt esset aptum reuolui q̄ moueri. Matth. viii. Dico huic vade q̄

vadit ⁊ alio veni ⁊ venit. Sic debet religiosus obedire suis prelatis. ¶ Tertio qꝫ ẽ sapore dulcoroſum.i.dulcedine plenus. Sic religiosus debet ẽſſe dulcis per manſuetam ⁊ benignam conuersationem: debet enim habere dulcem animũ.i.dulcem linguam ⁊ dulcem vitaꝫ vt possit de ipso laudari deus ⁊ dici. Preuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis. ¶ Quarto quoꝫ qꝫ est in effectu vi tuosum. Mã habet virtutem calculum frangẽdi opplationes splenis ⁊ epatis aperiendi dissoluẽdi consumendi.⁊ ventositates expellendi: qꝫ.s. religiosus debet in se frangere calculum .i.peccati duriciem per contritionẽ ⁊ oppilationes intrinsecas aperire per confessionẽ:impietatis colligationes dissoluere per satisfactionẽ:humorem carnis ⁊ luxurie consumere per abstinẽtie subtractionem ventositates vanitatis expellere per sui abiectionem. ¶ Item religiosus debet differre a secularibus:ſicut roſa domeſtica a ſilueſtri. Differunt enim inter se primo in foliorũ multitudine:qꝫ ſilueſtres roſe hñt folia pauciora ſed folia ortenſis ſunt multa. Tangꝫ ergo folia roſe ſunt dona ⁊ virtutes anime que plus debent abundare in religioſo ꝙ in ſeculari vel vt folia roſe ſunt verba ſacre doctrine quibus affluere debet religioſus precipue ille cui competit predicare. ¶ Item differunt in colore quia folia ortẽſis ſunt omnino rubea vel oino alba: ſed ſilueſtris ſunt modico rubore admixta. In quo ſignificatur qꝫ religioſis competit omnimoda charitas q̃ ſignificatur in rubedine ⁊ omnimoda puritas que ſignificatur in albedine. Vnde i vtraqꝫ debent religioſi ſeculares quoſqꝫ etiam bonos excedere. ¶ Item differunt in odore:quia roſe ſilueſtres ſunt minus odorifere ꝙ ortenſes: quia religioſi magis debent ꝙ ſeculares exemplis bonorũ operum redolere. ¶ Item differunt in virtute quia ortenſes ſunt in ſapore quodammodo mordicantes ⁊ magne efficacie i medicina. Sic religioſorũ ⁊ precipue predicantium ora licet mordeant peccatorum vicia tamen ſunt eis valde medicinalia. ¶ Item religioſi debent differre a ſecularibus:ſicut arbores ortenſes a ſilueſtribus:ſilueſtres enim dicuntur que naſcuntur in ſilua:ortenſes vero que plantantur in ortis:ortenſes etiam excolunt ſilueſtres vero ſibi relinquuntur. Vnde dicit Ariſto.qꝫ domeſtice ſiue ortenſes ſi non fuerint culte ſiunt vt ſilueſtres:⁊ econuerſo ſilueſtres per debitam culturam ſiunt vt ortẽſes. Et ſicut ipſe dicit arbores ſilueſtres magis fructificant ꝙ ortenſes propter maiorem humoris abundantiaꝫ parum vnctuoſi. Vnde etiam fructus ortenſes ſunt maiores meliores ⁊ dulciores Dicit enim Ariſto.qꝫ ſilueſtres conferunt ortenſibus quando eis ex oppoſito comparantur: qꝫ ſilueſtres ſunt calidiores ⁊ ſicciores:⁊ ideo excitant calorem ortenſium ⁊ cõfortant. ¶ In hominib⁹ ergo quaſi ſilueſtres arbores q̃ ſibijpſis.i. proprio arbitrio relinquuntur ſunt pſone ſeculares. Sꝫ quaſi ortẽſes que ſub cura ⁊ cultura hoium ſunt plãtate ſunt perſone religioſe que ſub cultura obedientie ⁊ cura ⁊ gubernatiõe ſunt poſite prelatoꝝ. Vnde ſi hmõi ortenſes.i. religioſi non fuerint culti.i.a ſuis prelati correpti ⁊ a ſuis exceſſibus refrenati efficiẽtur vt ſilueſtres .i.ſeculares. Econtra autem ſilueſtres.i. ſeculares ⁊ peccatores per culturam penitentie efficiuntur vt ortenſes.i.religioſi ⁊ frequenter meliores ꝙ multi ex eis Yſa.xxxiii. Erubeſce ſidon ait mare. Sre go. Quia ex actione quorundam ſeculariũ confunditur vita religioſorum. ¶ Item ſilueſtres.i.ſeculares ꝙs faciant plures fructus.i.plures elemoſynas vel plures filios carnales vel plures fructus temporales ſcz per lucrum diuitiarum ꝙ religioſi pauperes ⁊ continentes ⁊ non corporaliter negotiantes:tamen fructus.i.opera ſpiritualia ortẽſium id eſt religioſorum ſunt maiores.i.maioris meriti ꝓpter obedientiam ⁊ meliores.i. melius perfecti propter diligentiam. Cũ eni ſint pauperes ⁊ expediti a curis hui⁹ mundi poſſunt diligentius intẽdere opꝰ dei ⁊ ſic ea melius facere. ¶ Itẽ ſunt

dulciores propter continentiam. Et quã to aliqs plus abstrahitur a delectatione carnis tanto plus percipit de dulcedine spiritus. Animalis eni homo non percipit ea que sunt spiritus dei.j. Corinth.ij. In hoc etiã q̃ siluestres faciũt plures fructus q̃ ortenses instrumur q̃ non debemus respicere ad operuz multitudinem sed ad operum bonitatẽ. ¶ Itẽ siluestres .i. seculares suo calore.i. suo tẽporali sub fidio ꝛ fauore conferunt ortensibus.i. q̃ sunt ipsis religiosis eis temporalia conferendo. ꝛ qz etiam ipsi religiosi proficiunt sibi quo ad meritum ipsos seculares ad spiritualia attrahendo.

¶ Capitulum. lxviij.

¶ Tertia differentia est in pullulatione. qꝫ prius pullulat masculina q̃ feminina propter fortiorem calorem. Sic homo virtuosus ⁊ virilis bonus facere non tardat quod expedit. sed timidus ⁊ tepidus q̃ minus habet de calore charitatis negligit ⁊ postponit. ¶ Quarta differentia est in fructificatione. quia fructus masculine plante est brevior ⁊ etiam maturior q̃ feminine. Cuius ẽ ratio. quia in masculina propter abundantiam caloris ⁊ siccitatis partes eius fortius constringuntur ad inuicem ⁊ faciunt arborem spissiorem. Sic ergo ipsa strictura ⁊ soliditas venarus prohibet humorem multum emitti ad vnus locum vt conuertatur in fructum. propter quod fructum habet breviorem. vt dicit Alburi. Paucitas autem humoris ⁊ abũdantia caloris faciunt q̃ ipse fructus sit magis maturus. Vnde etiam dicit Aristo. q̃ si vẽtus deferat odorem masculine ad femininam maturabitur citius eius fructꝰ. Ergo viri masculini. i. virtuosi. ⁊ prudentes faciunt fructus breviores. i. opera humiliora vel breviora. i. non diu dilata. ⁊ maturiora. i. discretiora q̃ timidi ⁊ imprudentes qui faciunt opera tarda ⁊ indiscreta. Sed odor masculini. i. consilium ⁊ exhortatio hominis magnanimi ⁊ prudentis multum prodest femine. i. homini remisso ⁊ debili ⁊ reddit eum magis solicitum ⁊ cordatum ad expediendum illud quod faciendum est.

¶ Capitulum. lxxxij.

VIcia assimilantur alleis. ¶ Primo quia alleũ visũ dãnificat. qꝫ oculos offendit. Vnde cõmunis versus dicit. Allea vina venꝰ pulvis vẽtꝰ faba fumus. Asta nocẽt oculꝰ ſs vigilare magis. Hoc autem competit vicio superbie que visum men

tis obscurat Job.xxxvij. Immanibus.i. superbis abscõdit lucem. Grego. Tumor mentis est obstaculum veritatis. ¶ Secundo quia stomachum turbat. ¶ h cõpetit inuidie. q̃ de aliena felicitate mentem perturbat. ¶ Tertio quia corpori appositum ipsum vlcerat. Et hoc competit gule per cuius superfluitates frequenter ex nimijs humoribus corpus vlceratur ¶ apostematur ¶ multomagis aia. ¶ Quarto quia sua caliditate nimia ventrem desiccat. Et hoc competit luxurie que corpus nimis inflammat ¶ bonam humiditatem educendo desiccat. ¶ Quinto quia nimis comestum corpus inflammat quod competit ire in qua fit ebullitio sanguinis ¶ totius inflamatio hominis. ¶ Sexto quia lepram generat. quod competit auaricie que est lepra diuitum sicut dicitur de Naamam.iij. Regis. v. q̃ erat dues ¶ leprosus. Nec etiam admodum lepre est vniuersalis effectio siue corruptio quia radix omnium malorum est cupiditas. ¶ Septimo quia choleram adustam multiplicat. nimia autem adustio cholere melancoliam generat. Vnde melancolia dicitur colera nigra per quam designatur accidia. quia vtraq; scz melancolia ¶ accidia grauedinem ¶ tristiciam causat. illa in corpore ista in mente.

¶ Capitulum.lxxxiij.

Ita pñs hũana assimilat flori. ¶ Primo ratione generationis: q; flores in zephyro vento generantur qđ significat q̃ hõ in hũilitate ¶ mãsuetudie orit. naz vẽtus zephyrus sicut dicit Boetius est vẽtus mitis ¶ suauis sicut boreas ecõtrario é rigid⁹ ¶ tumultuosus. hõ. n. mitior ¶ humilior nascitur oĩbus animalib⁹ pp quod dicit q̃ hõ est animal mansuetum natura. In cuius signum omnia animalia preter hominem quasi armata nascuntur. vel horribilibus pilis vel vnguibus retortis vel calcibus diuis. vel saltez dentibus acutis. q; dicit Auicenna q̃ omnia animalia que non carent dẽtibus nascũt dentata per hominem. ¶ Secũdo ratione dissolutionis: quia flores in austro vẽto dissoluũtur. Auster enim caliditatem significat infirmitatis feruorem que incolumitatez vel pspitatem humane vite dissoluit. Job.xij. quasi flos egredietur ¶ cõteritur. Flores enim dum hũore modico nutriuntur subito solis incendio deficcantur. ¶ omnis eorum pulchritudo perdit ¶ sterilitur ¶ deletur. Et similiter accidit de corpoĩb⁹ humanj. ¶ Tertio ratione diuulsionis. q; flores i vento borea diuelluntur. Vent⁹ boreas asper ¶ fortis ẽmoris q̃ humana vita totaliter diuellit. Itẽ flores dicũt q̃si fluores. q; cito defluunt ¶ ad materiã primariã redeunt. Sic hominum vita cito defluit. ¶ p mortẽ humanũ corpus in propriam materiã scz. terram redit. Ja.i. Flos eius decidit ¶ decor vultus eius deperijt.

¶ Capitulum.lxxxv.

Christ⁹ assimilat illi herbe q̃ dr dracõtea. ex eo q̃ h herba habet similitudinẽ serpentis ¶ rñ nõ est venenosa imo est serpentibus contraria. Nam eius hasta ad modũ colubri maculi ẽ respsa hũs siltudinẽ vipere vel dracõis. Florẽ hz purpureũ diuisũ ¶ apertũ sicut os serpẽtis de cui⁹ medio ꝓcedit quasi lingua serpẽtis nigra ¶ rotũda. Hec autẽ herba odore suo serpentes fugat vt dicit. Diasco. sic christus habuit similitudinem serpentis inquantum habuit similitudinem carnis peccati. sed tamen in rei veritate nõ habuit venenum. i. peccatum quod serpens antiquus ideſt diabolus sua tentatiõe hũane nature immisit. Heb.xij. Nõ enim habemus pontificem qui nõ possit compati infirmitatibus nostris tentatus per omnia ꝓ similitudine absq; peccato. Vnde christus sue passionis odore ipsos serpentes ideſt demones fugauit ¶ nos ab eorum veneno ideſt peccato liberauit. Vnde ipse fuit figuratus in illo serpente eneo quem moyses fecit qui figuram serpentis habebat ¶ tamẽ veneno ca

rebat. Lingua autē .i. doctrina christi fuit serpētina .i. prudētissima. Nam prudētia serpenti ascribitur. Matth. x. Estote prudentes sicut serpentes. ¶ Item nigra qr humillima. vnde ipse dixit Matth. xi. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. vel nigra qr ardentissima. res enim adiste nigredinem habent Luce vltimo. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via. ¶ Item rotūda. qr perfectissima. Nam rotunda figura perfectissima figura a philosopho indicatur. Joh. vij. Munḡ sic locutus ē homo. ¶ Item christus assimilatur flori.

¶ Primo propter generationem qr flos generatur ad calorē solis ⁊ infusionez roris. ⁊ sine lesione ⁊ apertione arboris. Sic ad christi conceptionem calor sanctispiritus se infudit. qui ipsam conceptionez fecit Luce primo Spiritussanctus superueniet in te ⁊ virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. Ros diuine gratie superuenit p quā virgo deo placuit Luce. i. Aue gratia plena dominus tecum. Nullam apertionez .i. corruptionem pertulit. sed virgo concepit Ysaie. vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. ⁊ Ysa. xi. Egredietur virga de radice iesse. ¶ Item sicut dicit Pythagoras flos habet in celo patrez scilicet solem. in terra matrem scilicet plantaz ⁊ ita prout ipse Origenes dicit in celo est sine matre. ⁊ in terra sine patre ⁊ ex hoc similitudinem habet cum verbi conceptione que fuit in celo sine matre ꝑm natiuitatē eternam. in terra vero sine patre ꝑm natiuitatem temporalem. ¶ Secundo christus assimilatur flori propter delectationem quia iste flos delectat visum sua pulchritudine. i. Petri. i. In quem desiderāt angeli. Delectat olfactum sui odoris suauitate. vt quilibet clamare possit. Trahe me post te ꝛc. Delectat tactum sua lenitate ꝑs. Quoniam tu domine suauis ⁊ mitis. ad Thitum. iij. Apparuit benignitas. Delectat auditum ⁊ etiam gustum p spez futuri fructus. quia quando flores suaues audimus speramus fructus. Multū enim debet auditum nostrum delectare quando audimus istum nostrum florem christum esse nostrum mediatorem. Nā sicut flos est medium inter ramum ⁊ fructum. sic ipse est mediator inter nos ⁊ deum. Delectat etiam gustuz in spe fructus. quia per ipsum tanḡ per florem venturi sumus ad illos fructus. Canticorum secūdo. Fructus illius dulcis gutturi meo.

¶ Tertio propter odorationem. Habuit enim iste flos odorem deum patrem afficientez. Genesis. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. ¶ Item odorem demones expellentem ad modum myrrhe que fugat serpentes. Eccles. xxiiij. Ego q̄si myrrha dedi suauitatem odoris. ¶ Itē odorem hoiem a peccati corruptiōe seruantez ad modum odoris cedri. Et nota ꝙ flos hz odorez quasi indeficientem. qr auulsus arefactus ⁊ attritus odorem suū non perdit. Similiter dominus noster iesus christus auulsus in morte arefact⁹ in cruce. attritus in flagellatiōe odorem suauitatis non perdidit sed adauxit. Vnde Ambrosius dicit in libro tertio de spiritussancto. Flos odorem suum ⁊ succisus reseruat. ⁊ contritus acumulat. nec auulsus amittit. Ita ⁊ dominus in patibulo crucis. nec contritus emarcuit. nec auulsus euanuit ⁊ illa lancee compūctione succisus sacro speciosior fusi cruoris calore vernauit. mori ipse nesci⁹ ⁊ mortus eterne vite munus exhalat. ¶ Quarto propter variationem varia namq; florum genera sunt gratiosa. Et dominus noster iesus christus fuit vt viola per humilitatem vt lilium per puritatez. vt rosa per charitatem. ꝙ quā pro nobis se sanguine rubricauit. vnde merito dicitur. Eccli. l. Quasi flos rosarum in diebꝰ vernis. ꝑs. Tāḡ flos agri sic efflorebit.



¶ Capitulū. lxxxvi. Elus carnalis ⁊ matrimonialis qui est inter ꝑsonas assimilat cepe mario. ¶ Priōne nocumēti. quia huiusmodi cepe q̄s inuenitur solum est

mortiferum ⁊ venenosum. Tunc enim talis zelus est solus quādo est sine dei timore vel sine prudentie discretione. quibus omnis virtus ⁊ passio debet esse sociata. Unde zelus qui est sine eis generat suspitiones ⁊ tribulationes mortiferas ⁊ venenosas ⁊ ad litteram sequuntur quandoq; venenitia ⁊ mortes. Joannis tertio. Si zelum amarum habetis. cē. ¶ Secundo ratione medicamēti quia reprimitur eius malicia si in vino ⁊ oleo aliquantulum dimittatur vt sic in medicinis apponatur. quia si amor coniugalis sit cum vino charitatis ⁊ cum oleo lenitatis non nocet sed prodest multū. Et de tali amore loquitur Apo. ad Ephe. v. dicens. Viri diligite vxores vestras sicut ⁊ christus ecclesiam. ¶ Tertio ratione temperamēti quia in tali cepe debent interiora ac exteriora abijci. quia interiora propter caliditatem nimiam: exteriora vero propter siccitatem multū sunt mortifera. sed media sunt temperata ⁊ multum medicine accomoda. Sic a zelo matrimonij debet remoueri illud quod est vitiosum interius. s. amor inordinatus ⁊ carnalis. ¶ Itē illud quod est vitiosum exterius vt indi screta custodia. quam vnus coniugum alteri ponit. Sed amor sine zelus temperatus ⁊ medium tenens laudabilis est ⁊ bonus. Et ℌ zelus facit eos cōcordes in bono ⁊ ideo gratus est deo ⁊ hominibus. Unde Eccli. xxv. In tribus beneplacitus est spiritui meo que sunt probata coram deo ⁊ hominibus Concordia fratrum amor proximorum. vir ⁊ mulier sibi bene consentientes.

¶ Explicit liber tertius de similitudinibus rerum.

¶ Incipit prologus. li. iiij.

Interroga iumenta ⁊ docebunt te. volatilia celi ⁊ indicabunt tibi. loquere tre ⁊ respondebit tibi. ⁊ enarrabunt pisces maris Job. xij. Creator celorum ⁊ dñator aquarum vniuersq; rex ⁊ dominꝰ creature specialem curaꝫ gerens de homine. quem sua insignitum imagine ad sui fruitionem creauerat taliter oīa que produxit humanis deputauit obsequijs. vt nō tm̄ ex eorum aspectu solacia capere posset. sed ex eorum insuper vsu vel famulatu varia illi cōmoda vndiq; prouenirēt. Verum inter ista magnifica sue prouidentie dicta volatilia celi ⁊ pisces maris vt ex sacra scriptura colligitur quodaꝫ precipuo munere ad humane vite cōmoda tripliciter ordinauit. Nam primo ea cōstituit in obsequium subiectionis. ⁊ ℌ ex verbis scripture clarius intimatur. vbi deus hominibus loquens dicit Gen. ix. Dominamini piscibus maris ⁊ volatilibus celi. Decebat nāq; vt animalia cetera illi subijcerentur qui naturalis rationis fastigio ⁊ prouidentie gubernaculo omnibus preeminebat. Habent enim anima lia cetera per extimationem vniuersalis ⁊ naturalis prudentie que omnium agibilium est ratio naturalem quandaꝫ participationem. in homine vero viget per se vniuersalis ⁊ naturalis prudentia que omnium agibilium est ratio directiua. Omne autem qō est per participationem subditur ei q̄ est per essentiam. quare cō veniens fuit q̄ omnia animalia homini subderentur. Unde ps. ait. omnia subiecisti sub pedibus eiꝰ oues ⁊ boues vniuersas. cē. ⁊ vsq; ad semitas maris. ¶ Secundo q̄ dominus pisces maris ⁊ volatilia celi hominibus concessit in edulium refectionis. Siquidem ante tempus diluuij herbas tm̄ ⁊ fructus arborum homini-

bus ⁊ alijs animalibus deus concessit in
cibum dicens eis Gen. i. Dedi vobis om
nem herbā afferentē semen sup terrā
⁊ vniuersa ligna que habēt in semetipsis
sementē generis sui. vt sint vobis in escā
cūctis animātibus terre. Sed postmo
dum peracto diluuio nialiū concessus est
esus. s. cum dñs dixit Gen. ix. oēs pisces
maris manui vestre traditi sunt. ⁊ omne
qđ mouetur ⁊ viuit erit vobis in cibū sic
olera virentia tradidi vobis oia excepto
q̄ carnē cū sanguine nō comedetis. Hoc
indultum igit concessit dñs tum propter
hois fragilitatem ne ꝝ prosterneretur
in tanta vastatione rerū. tuꝫ ꝓpter terre
infecunditatē causatam ratiōe diluuij tū
etiā ꝓpter aeris differentē varietatē. qa
sicut Alcuinus testatur. qui fuit magister
Caroli magni. ante diluuiū tpa super ter
rā non ceciderit nec extitit pluuia. sed aqs
fontiū ⁊ roꝛe copioso terra irrigabatur.
Unde herbe suauiores erant ⁊ maioris
efficacie ad nutriendū q̄ fuerunt post tpa
diluuij. qū aer ventis ac nubibus ⁊ plu
uijs ac passionibus alijs diuersis ac per
turbat. sed pro tanto prohibuit dñs esuꝫ
carnū cū sanguine mixtū. vt duꝫ homo
assumere vitaret sanguinē bestiarū mul
tomagis horreret effundere sanguinem
humanū. Unde subditur in eodē capit.
Quicūqꝫ fuderit sanguinē humanū fun
detur sanguis illius. ¶ Tertio dedit dñs
volucres celi ⁊ pisces maris in magisteri
um instructiōis. qđ ex verbis Job supra
positis euidenter cōprobat. dicitur enim
Job. xij. Interroga iumenta ⁊ docebunt
te. ⁊c. Tunc. n. aut iumenta aut volatilia
celi aut pisces maris querimus cum eoꝝ
naturas aut motus subtiliter indagam⁹
Sed interrogata nos docent. loquuntur
aut rūdent. cū ex eoꝝ cōsideratione per
cipimus qualiter nostros actus cōpone
re debemus. Et ideo de piscibus maris
loquens beat⁹ Ambro. in li. hexameron
dicit q̄ in signū sūt facti. vt in his nostro
rum morū vitia videremus. ⁊ caueremꝰ
ea. ¶ Qua pp post herbaꝫ ⁊ arboꝫ in du
as ūlitudines restat ꝓsr vt in hoc ārto
nri opis libro de auibus atqs piscib⁹ alīs
introducant exēpla. vt nostro stilo mori
bus adaptent. Nō aūt mihi licuit de spe
cibus singulis vel auium vel piscium in
h tam breui tractatulo facere mentionē.
ex eo q̄ innumera sunt natatiliū atqs vola
tiliū generaliꝫ eni vt de volucribus tace
am ⁊ marioꝫ natatiliū species diuinumera
re possit. aut eas suis noibus singulas de
signare. Dñs ps. ait. hoc mare magnū ⁊ spa
cioſumanuꝫ. ac. Et ſm Ambro. plura
sunt in mari genera piscū q̄ in terra sūt
animalium. Ex quo pateꝫ q̄ volatiliuꝫ ⁊
magis natatiliū spēs q̄ a nobis cognoscū
tur. qua qđē particula sunt respectu eoꝝ
q̄ ignorant. Ergo exempla ⁊ si non de oi
bus de aliquibus saltem magis famosis
⁊ notis inducemus. perstringentes mate
rias singulas quibus adaptabuntur exē
pla ſm modum in precedentibus habitū
sub ordine alphabeti.

¶ Capitulum j.

Aiecti ⁊ despecti a mūdo
suscipiunt ⁊ nutriuntur a
deo. cuius exēplū apparet
in pullis agle. qꝫ cū multa
grauedine agla pullos nu
trit aliqū si tres pullos ha
buerit vnum abijcit quē tū alia auis que
fulica dr accipit ⁊ nutrit vt dicit Ambro.
Tunc agla pullū ꝓijcit cū mūdus suum
amatorē persequit ⁊ afflixit. quem tū alia
auis. s. xpi gra miserico. diter amplexatur
a mūdo etiaꝫ coact⁹ recedēs spōte ad pe
nitētiā venit. Dñ sicut Grego. dicit mala
q̄ nos h premūt ad deū nos ire cōpellūt
Eze. xxxiij. Quod abiectū erat reducam.
¶ Itē abiectos ⁊ despectos a mūdo de⁹
ex excelsus nō tū abhorret vel despicit sꝫ
eos de excelso. pspectās pot⁹ ad se trahit
Quod iteꝝ exēplo agle pꝫ. q̄. s. est taꝫ lim
pidi visus. vt cuꝫ in aere super mare fera
tur vt vix videat. inde tū pisciculos i ma
ri ꝓtēplat. ⁊ ista lapidis imū petit pisciculos rapit attrahit ⁊ comedit. Sic de⁹ cuⁿ
oculis nuda sunt omnia ⁊ apta. q̄us in
altitudine sue lucis nobis sit inuisibilis q̄
habitat inaccessibilem quē nemo hoiuꝫ vi

ere potest. Ipse ꝫ discipulos paruos in
mari exãtes. i. despectos ⁊ humiles spiri
tu in mundo fluctuantes nõ despicit sed
prospicit in imo. ad eos venit suo lumi
ne illustrãdo eosq; ad se trahit suo amo
re inflãmãdo. ⁊ quasi cibum comedit eos
sibi per familiarem gratiam coniungen-
do ⁊ incorporando ꝑs. Quis sicut dñs
deus noster qui in altis habitat ⁊ humi
lia respicit in celo ⁊ in terra.

℣ Capitulum. ij.

Abscondere ꝺꝫ homo
opa bona sua vt non
illa diabolus ꝑ inanẽ
glã ⁊ oñationẽ cor-
rũpat. Est. n. diabolus
pauoni similis q oua gal
line sue pgrit vt fran
gat ⁊ comedat vt libe
rius libidini vacet. sed gallia ipsa oua ab-
scõdit vt seruet. Sic q; diabolus bõa nr̃a
conat auferre nos debem⁹ illa ꝑ hũilita-
tem abscõdere ſm illud Mathei. v. Ne
sciat sinistra tua qd faciat dextera tua. Sꝫ
q̃dã sunt sicut gallina domestica. q̃ statim
cũ ouũ emisit clamat ⁊ reuelat ⁊ ió amit-
tit. Isa. xxxv. Dia q̃ in domo mea sunt vi
derũt. nó fuit res quã nõ ostenderis eis di-
xit Ezechie de nũcijs babylonis ⁊ postea
dictũ est ei q̃ oia amitteret. ℣ Item q; hõ
debeat bona opa sua abscondere ꝓpter
timorem superuenientis elationis vel ten
tatiõis inanis glẽ patet etiã exemplo ceti
sine balene que non parit oua sicut multi
alij pisces sed parit viuos fetus sicut dicit
Ambro. Quos quidem postq̃ peperit se
cũ tenet ⁊ ducit sed statiꝫ cum aliquid qõ
illis possit esse obnoxiũ vel terribile sup
uenire sentit eos aperto ore in vẽtrẽ suũ
recipit ⁊ absõdit quousq; trãsierit om-
ne piculũ vel abscesserit ⁊ tũc eos q̃si tam
securos viuos ⁊ incolumes euomit sicut
idẽ Ambro. dicit. In quo quidem aperte
docemur. q; bona nostra que agim⁹ etiaꝫ
propter timorem glorie aliquando debe
mus abscondere. ⁊ propter aliorũ vtilita
tem nõnunq̃ propalare. Vnde ⁊ dominꝰ
noster qui discipulis alicubi dixit. Attẽdi
te ne iustitiam vestram faciatis coraꝫ hoi-
bus ad. Matth. v. Ipse etiã dixit. Sic luce
at lux vestra coraꝫ hoibus vt videant ope
ra vestra bona ⁊c. in eodem capitulo.

℣ Capitulum. ij.

Bstinẽtia discreta a ci
bis liberat hoiez a pu
tredine ⁊ ardore libidi
nis. Est. n. hõ abstinens
similis pauoni cui⁹ ca
ro tã dura ẽ vt vix pu
tredinẽ sentiat nec faci
le coq valeat fieri dicit Iuuenalis. Vnde ꝓfecto di
screte moraliter carnis discreta abstinẽtia
facit ⁊ causat vt nec putredinis resoluat
feterem nec libidinis vrat ardore: cessat re
solutio putredinis subtracta mã semi-
nis. Salimẽt: ⁊ frigescit flãma carnis cibo
rũ remoti fomẽti: sicut etiã lignis subtra
ctis extinguit feruor ignis. Prouer. xxvj
Cũ defecerit ligna extinguit ignis. Joh.
cassianus de institutis monachoꝝ. Mun-
q̃ igit poterit ardẽtes ꝓcupiscẽtie stimulos
ihibere qsqs desideria gule refrenare nõ
q̃rit. Et Ambro. dicit in sermõe d̃ gula q;
fames amica vginitati est inimica lasciuie
saturitas vo castitatẽ pdit ⁊ nutrit illece-
bram.

℣ Capitulum. iij.



Abundãtia ꝓsperitat̃ sentire
phibet vulnera mẽtis. Cuius
exẽplũ apparet in cete ⁊ in pi
sce balena q tãte est pinguedi
nis. q; qñ percutitur vulnera
non sentit nisi pinguedo eius totaliter ꝓ
forata fuerit. sed qñ caro ipsius leditur
facile capitur. q; amaritudines aque non
sustinẽs litus petit ⁊ moritur cito. Delut
autem pinguedo piscis est abundantia ꝓs
speritatis que quidẽ dum peccãtib⁹ affluit
mentẽ vulnera siue dãna sentire nõ per
mittit. Vnde dñs contra hyerusalẽ dixit.
Luce. xix. Vtinã quidez in hac die tua q̃
ad pacẽ tibiꝫ absõdita sũt ab oculis tu-
is Sed tũc peccator intrinsecus tangitur
cũ temporali aduersitate percutitur. Sunt
enim mentiũ vulnera peccatoribus quasi
extrinseca. ex eo q; spũalia in qb⁹ ledunt
quasi reputant extranea. Sed cum in tem

poralibus que magis viligunt leduntur quasi in intimis vulnerati affliguntur cuius interdum vulneris amaritudinem non ferentes vel compuncti a suis peccatis litus penitentie querunt vel lapsi in desperationis baratrum eternam mortē incurrunt.

¶ Capitulum. v.

Lacdie vicium ⁊ concupiscentie estus maxime nocent anime. Cui⁹ exē plū apparet in quibusdam piscibus: quos vt dicit Arist. i. viij. li. ō animalib⁹ imoderatus calor nimiū ledit. Unde dicit q̄ sunt pisces qui apud ascensum canicule moriuntur pre caloꝛe. Unde pisces in estate fugiunt a littoribus calidis in profundum mare. Similiter nocet eis magnus frigus ⁊ maxime habentibus lapidem in capite sicut cancri ⁊ huiusmodi. Nam talis lapis ex frigoꝛe congelatur ⁊ sic de facili moriuntur. Quasi ergo calor estatis feruor ⁊ flāma est concupiscentie carnalis que nisi extinguatur interimit: adeo fugiendum est in profundum maris idest ad abundantiam lachrymarū prouenientiū ex amaritudine cordis vt lachrymarum refrigerium extinguat concupiscentie estum. Quasi hyemis vero frigus rigens est accidia spiritus: que habentibus lapidem in capite idest duriciam in mēte precipue est mortalis. Nam si cor de se durum est per accidie frigus amplius induratur. Et ideo satis faciliter mortem cuiusdam desperationis inducit ⁊ induratum obtenebrat. Zacha. xuij. Mō erit lux sed frigus ⁊ gelu.

¶ Capitulum. vj.



Ctiua vita frequentiam hominum ⁊ societatem requirit: contemplatiua vero solitudinem diligit. Unde tam actiui q̄ cōtemplatiui similes sunt auibus. Quarum quedam societatem amant hūmanam vt galline galli anseres columbe ciconie hyrundines ⁊ huiusmodi. Nam gallinis quidem assimilantur prelati dentes. i. prelati quorum est subditos cōgregare ⁊ defensare quēadmodum gallina congregat pullos suos sub alas vt christus de se dixit Mathei. xxiij. Anseribus autem assimilātur seculares potētes quorum est iusticiam ⁊ reipublice salutem diligenter custodire. Nam anseres vt dicit Ambro. in hexameron. xvi. sunt optimi locorum custodes. Sed anatibus assimilantur claustrales qui quasi anates moriri debent in aquis penitentie ⁊ aquam lachrymarum vel sapientie scripturarum frequentare. Columbis autem qui cū simplicitate habent fecunditatem frequenter pullificantes assimilantur coniugati qui pure ac simpliciter coniugalem vitam ducūt. Ciconijs āt que certo tēpoꝛe ꝓgregantur maria transuolando assimilantur peregrinantes ⁊ precipue qui transmarinam peregrinationem frequentant. Sed terram sanctam. Hirundinibus autem clamosis ⁊ garrulosis assimilantur predicatores: qui contra peccatores clamant ⁊ garriunt. Omnes enim hmōi ⁊ alij consimiles hominum frequentiam volunt ⁊ non solitariam vitam. ¶ Quedam vō auesi sunt que hominum societatem ⁊ cohabitationē fugiūt nec suos nidos hoiēs scire volūt vt aues que vocant silueſtres. Talibus similes sūt anachorite ⁊ viri cōtēplatiui q̄ hominū frequentiā fugiūt ⁊ mūdo sūt absconditi in latibulis ⁊ in solitudinibus morātur. ꝓs. Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitudine. ¶ Ité actiui mouent motu piscū: sed cōtēplatiui motu auium. Nam dū piscis natat in aqua cōtracto coꝛpoꝛe in longitudinē minorē se coligit ⁊ iterū se extēdens aque inuitē quo nitu repellente aquas in anterius se propellit. Dū vtitur quibusdā penulis in natando sicut auis in volādo: sed tamen alio modo q̄ piscis natās penulas mouet a pte posteꝛioꝛi in anteꝛius ⁊ quasi q̄busdā brachijs sine remis aquā āplectēs in anteꝛi⁹ se extēdit. Auis vō mouet pēnas sursū ⁊ collectus aerem p expressam

alaꝝ amplitudinē cogit exire per partes posteriores. Vnde dū aer a posteriori repellitur corpus in anteriusꝫ mouetur. Pisces ḋ natans in aqua est hō solicitus ⁊ operosus in actiua vita qui tunc in minorem longitudinem se contrahit quando se ad humilitatem reducit dicens ⁊ sentiēs cum Apost. Ego sū minimus omnium ⁊c. i. Corinth. xv. Sic⁊ dominus discipulos monuit dicens Luce. xvij. Cum omnia benefeceritis dicite serui inutiles sumus Sz nihilominus nō dimittat qn adhuc post talem contractionem. i. humilitatem ad bene agendum se extēdat Mas tali mtu. i. humilitatis ⁊ laboris propelente diuina gratia mirabiliter ad anteriora proficiet: Vnde iste sunt due pennule quibus actiuꝰ proficit. s. humilitas ⁊ operositas: dummodo ea que retro sunt obliuiscens ad anteriora se disponit atqꝫ extendit vt sic ad modum piscis natantis a posteriori in anterius proficiendo incedat Sed tanq̄ auis volās in aere est homo elevatus in contemplatione: q tunc alas siue pennas intellectus ⁊ affectus sursum erigit cum cogitatione ⁊ auiditate ea que sursum sunt sapit. Tunc autem aerem per expressionem alaruꝫ collectuꝫ posterius emittit quando ex dulcedine quam contemplatione ⁊ affectione gustauit ad posteriora. i. temporalia contēnēs intendit ⁊ dum aer a posteriori repellitur in anterius corpus mouetur: quia dum mundus plene despicitur animus in spūalibus virtutibus semper proficiendo proficietur. ¶ Item actiui assimilātur auibus que morantur in aquis. In quibus vt dicit Aristo. natura ingeniata est vt pedes haberent latos ⁊ clausos nō inter digitos diuisos propter natādi necessitatem: vt sc̄z latitudine pedum aqua propensius pulset. vt sic pulsis retro aqs quasi remigando i anterius se extendāt. Caudas autem breues habent ne in natando madefactione caude se impediant Sic simili etiam modo actuis qui proximorum necessitatibus per pietatis opera seruiunt competit habere pedes latos. i. affectus expansos ad omnem pauperem clausos ad peccatum vel ad mundani fauoris appetitum ⁊ inter digitos non diuisos. i. sine dissensione ⁊ discordia operū. Vel debent habere homines actiui digitorum distinctionem tamen sine scissione eorum. i. debent habere operum discretionem tamen sine discordia ⁊ dissensione: quanto autem latiori pede. i. largiori affectu aquam tribulationis ⁊ necessitatis p̄ximorum ab eis propellere nituntur tanto ipsi copiosiori fructu in proficiendo gradiuntur. Caudam etiam debent habere breuem. i. celerem expeditionem agendorum vt non protrahant dandum angustiato. Vnde dicitur. Prouer. iij. Ne dicas amico tuo. i. christo vel pauperi eius vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi cum statim possis dare. ¶ Item actiua vita requirit maxime puritatem intentionis qō patet exemplo merule que cum vbiqꝫ sit in pennis nigra: in achaia inuentur candida. Achaia que interpretatur soror laborans actiuam vitam designat que requirit germanitatem contemplationis. Due enī sorores fuerunt Rachel ⁊ Lya quarum prima contemplatiuam: secunda vero actiuam significat vitam. Et alie due sorores in euāgelio sc̄z Maria magdalene ⁊ Martha ꝫ idem figurare dicuntur Habet etiam actiua vita laborem actiōis. Vnde ⁊ satagebat Martha laborans circa frequens ministerium. erat enim solicita erga plurima ⁊c. Est autem velut candida merula actionis intentio munda ⁊ ideo candida merula Achaie munda intētio est in operibus vite quam dñs mūdandā esse docuit cū dixit. Mūda prius qō intus et calicis ⁊ parapsidis: qz enim calice potat fitiēs. parapside vo esuriens reficitur: merito quidem in calice ⁊ parapside designātur elemosyne ⁊ opera vite actiue. Sed id qō intus est calicis ⁊ parapsidis est latens intentio elemosynam facientis quaꝫ quidem prius mundare debet q̄ dare elemosynam. Ante enim lauatur parapsis q̄ fiat immissio cibi. Et ante mundandus est calix q̄ fiat infusio

vini ⁊ aque Juxta dictuꝫ Oracij poete in quadam epistola Troiani belli vbi dicit. Sincerū nisi sit vas gōcliqꝫ infundis acescit. Sic quoqꝫ mūdanda est intētio ante exercitium boni. ¶ Item actiuus hō assimilatur pisci tymalo. Est enī tymalus sicut dicit Ambro. quidā piscis queꝫ ticini fluuij vnda nutrit sic dicī a tymo eo qꝫ redoleat ad modū floris tymi. Vnde de eo qui suauiter redolet facete dictuꝫ ē aut florē redolet aut piscē: qꝫ consimilis odor est illius floris ⁊ piscis. Vñ in Apophiale plene odoramentoruꝫ dicunt oratiōes sanctorum. Sed actiuus redolet ꝓximo ad modū piscis. Mas ille tymalus piscis ⁊ redolet ⁊ reficit. Et silr hō actiuꝰ redolet exemplo ⁊ reficit ex dato.

¶ Capitulum. vij.

Dulatores seu heretici qui suauibus verbis ac dulcibus quosdam simpliciores seducunt: quibusdam marinis belluis possunt assimilari. Dicit enim Jozath pbus in libro suo de animalibus qꝫ est belua q̄daꝫ in mari que de faucibus suis aquam expirat cum vapore odore pleno. Vnde pisces sequuntur ipsum odorem sentiētes ⁊ intrāt odoris gratia in fauces eius: que ꝓtinus ipsos deglutit ⁊ sic ex eis se pascit. Est etiā piscis aliꝰ fasten dictus in cuius ore aqua hausta dulcescit queꝫ pisces minores sequentes ⁊ eius os intrantes subito deglutiuntur ab eo. Quia igit scriptum est ꝓuerbiorum. xviij. Aqua ꝓfunda verba ex ore viri. Tāq̄ aqua odorifera vel dulcis ex ore piscis sunt verba blanda nec nō adulantia quib⁹ attractos simplices quasi in ventrem traijcēdo deglutit dum eos decipiendo seducens ad intentam nequiciaꝫ trahit. ¶ Jtez adulatio blanda interdum mentes vanas occidit. Quibus aspera ⁊ vera locutio reddit vitaꝫ. Cuius rei exemplū apparet in cicada quā siquis oleo perfundit statim necatur eo qꝫ poris obstructis spirare mīme valet: sed statim si superfūdat acetū illico reuiuiscit eo qꝫ poros aperit quos vtus obstruxerat olei: ꝛ hoc idem per oia beatus Ambro. dicit. Tunc ergo oleo cicada perfunditur cū mens vana adulatione ifirmi: ⁊ tūc obstructis poris necatur: q̄si suis sibi clausis ⁊ occultatis defectib⁹ in superbiam eleuatur sed aceti pungentis asperitas eidem vitā reddit. qꝫ hanc increpatio aspera ad verā sui noticiā ⁊ vitaleꝫ humilitatē reducit. Vnde bene. ꝓs. dicit. Corripiet me iustus in misericordia ⁊ increpabit me: oleum autē peccatoris ñ impinguet caput meū. ¶ Capitulū. viij.

Actus qui ꝓpter vtilitatem est assumptus tam diu honoratur vt in ꝓcio habetur q̄diu vtilitas durat. Cuius exemplū apparet in accipitre. Qui q̄diu ē ad predam aptus a domino suo diligit manu gestatur in cauda ⁊ in pectore replanatur sed dum moritur vel quando inutilis ad predam redditur non pascitur: qꝫ proijcitur ⁊ tanq̄ si nunq̄ fuerit contēnitur ⁊ abijcitur. Similiter prout Sene. dicit. Amicus qui vtilitatis cā assumptus est tādiu placebit q̄diu vtilis fuerit Nam facultate ⁊ vtilitate remotis contēnit ⁊ abijcitur. Vnde nota qꝫ talis amicitia triplicem habet defectuꝫ. ¶ Primꝰ est qꝫ nō est vera. qa ille qui propter vtilitatem diligit non ipsum amicum diligit sed rem amici. Et ideo potius seipsuꝫ diligit solum qui amici bona appetit. Et iō August. dicit in quodam sermone. Non propterea amare debes amicum vt aliquid tibi prestet vt pecuniam vel aliquid cōmodi temporalis. non enim illū amas sed id quod tibi prestat. Amicus gratis amandus est propter se non propter aliud. Vnde Petrus Blasenus in libello suo de amicitia dicit qꝫ vera amicitia eodem oculo respicit amicum diuitē ⁊ nē dicum fortē ac debilem sanū ⁊ egruꝫ humilem ac sublimē. ¶ Secundus defectus est qꝫ talis amicitia non est fidelis. Nam

Sicut dicit Ysidorus in tertio libro ō sum mo bono nō sūt fideles in amicitia quos munus nō gratia copulat nam cito defe runt nisi semp acceperint: dilectio. n. que munere ꝓglutinatur eo suspēso dissolu tur. ¶ Tertius defectus est: qz talis amici tia nō est firma nec ꝑmansura diu. Unde Tullius in libro suo de amicitia. Si vtili tas amicitias cōglutinaret cadē cōmuta ta dissolueret. sed qz natura mutari non potest idcirco vere amicitie sempiterne sunt. Ꝓtouer. xvij Omni tempore diligit qui amicus est.

¶ Capitulum. ix.

AVaritia reddit homines insociales ⁊ crudeles non solum ad extraneos: sed etiaz ad suos domesticos Cuius rei exemplū appa ret in auibus prede in q bus repꝛesentantur auari affectu vel ef fectu rapaces. Omnes enim tales aues vt dicit Aristo. secundo de animalibus solitudinē diligunt ⁊ cū aliquo sociorum habitare non possunt. Nam sicut charitas querit cōmunicationē ⁊ societatem. ita cupiditas appetit solitudinem ⁊ ꝓꝓ ꝓximitatem. Vult eni cupidus solus habe re ⁊ ideo suspectū hz cum socio manere. Unde possessio tpalium est mater dissen sionū ꝓpter qō de Abraham ⁊ Loth. Gen. xiij. dicit q erat substantia eoꝝ mul ta ⁊ non quibant habitare cōiter. Unde facta est rixa inter pastores Abraham ⁊ Loth. ¶ Item tales aues prede vt idem dicit pullos suos postq̄ volare possunt a se pellunt ⁊ secū viuere non permittūt qz. s. plerūq; auari etiaz suos domesticos ⁊ filios abiciunt ⁊ graue sibi reputant si eis expensas debitas impēdant. ¶ Item auari assimilātur gryphibus qui custodi unt mōtes in quibus gēme pꝛecioſe sunt nec eas inde auferri permittunt vt dicit Ysidorus: ⁊ ꝓpter hāc causam rarus est illuc hominū accessus. Nam viuos ho mines deglutiūt ⁊ equitez armatum cuz equo rapiunt sed tamen de gemmis illis quas ita acerrime custodiūt ipsi ꝓ se nullam vtilitatē sumunt. Sic simſliter est de auaris quibusdā qui thesauros ita cu pide custodiūt. vt si quis eis vel modicū quid auferꝛ. ipsuz si possent viuuz deglu tirent. Ad tales diuites pauꝑes hoies ac cedere non pñt qz turpiē eos repellunt. ⁊ ideo timent pauperes accedere ad eos. Verūtamen ipsi de his que sic tenaciter possident etiam ꝓ se expendere nō au dent sed alij post eos de illorum diuitijs gaudent. ¶ Thesaurizat ⁊ ignorat cui congregabit ea. Et eccli. v. Qui amat di uitias fructum non capiet ex eis. ¶ Item auarus qui in diuitijs appetit⁹ sui sacietē tem querit est porco marino similis. Ma pisces ille marinus qui porcus dicitur si cut Ysidorus dicit more terrestris porci are nam fodit ⁊ in ea cibum suum ⁊ sacietatē querit. Quia igitur omne aurū tanq̄ are na est exigua vt dicitur Sapiē. vij. Au arus quisq; dum in auro vel argento sa cietatem querit quasi porcus in arena ci bum quo repleri possit effodit. cū tñ sꝛi ptum sit auarus non implebit pecunia.

¶ Capitulum. x.

BLasphemātes deū vl' sanctos viles sunt cornicib⁹. Ma cornix aquilam ⁊ alias aues prede ēs tangere formidat garritu suo insestat sed aliqñ nō lucrū inde reportat. qz post simulationē longā eā ꝓcutit ⁊ occidit. Sic etiā blasphemi nephaꝛij deum ⁊ sanctos quos factis non pos sunt ledere maledictis mtunt impetere equos aquila. i. deus siue christus postq̄ diu eoꝝ insaniā per patientiā tollerauit eos nōnunq̄ in corpore monstruosis in firmitatibus pereuntit. sed tandē si nō pe nitēt eterne mortis supplicio eosdem af fligit. Et nota sicut dicit quedam glosa super. Ysaie. xviij. Omne peccatum blas phemie cōparatum leuius est. Unde blas phemia etiam ex sureptione ⁊ absq; deli beratiōe ꝓlata potest esse peccatū mo tale q̄uis aliquando potest esse veniale. Nam cum aliqui subito ex aliqua passio ue in verba immaginata ꝓrumpit quo

rum significationem non considerat tūc est veniale peccatuꝫ sed quando aduertit hoc esse blasphemiam consideratus significata verborum tunc non excusatur a peccato mortali. sicut ille qui ex subito motu aliquem occidit iuxta sedentem.

¶ Capitulum. xj.

Boni ac virtuosi viri assimilantur apibus quo ad triaprimo quo ad innocentiam. Naꝫ apes dicte sunt eo ꝙ sine pedibus nascuntur. Boni viri ergo quiqꝫ recte sunt similes apibus qui sunt sine illis pedibus de quibus scriptum est Prouer. x. Pedes illorum ad maluꝫ currunt. Sunt enim pedes anime peccatricis quibus ad malum currit ipse interiores nequicie ⁊ affectus malignitatis. Secundo quo ad solertiam ⁊ prudentiaꝫ. quia apes sicut dicit Ysido. valde solertes sunt in gignendo mella ⁊ fauꝫ. ⁊ sua domicilia mira arte componunt. ⁊ ex varijs floribus mirabili artificio fauum recolligunt. Sic viri boni solertes quidem sunt ⁊ mella gignunt. solertes quidē sunt ideſt subtiliter ⁊ cito perpendentes qualiter est agendum vel loquendum. est enim solertia facilis ⁊ prompta coniecturatio circa intentionem medij vt tradit Philosophus in i. posteriorum ⁊ ideo cuꝫ ea que dicunt p debita media ostendunt. ⁊ illa que operatur per debitas vias perficiūt quasi apes solertes alijs mella gignūt qa scilicet melliflua verba loquendo audientibus proferunt. ⁊ etiam melliflua facta verbi operando ostendunt. Domicilia quoqꝫ sua i. scientias proprias vel proprias familias mira prudentie arte siue sagacitate componunt. qꝫ si sciunt componere vel ordinare aliena multo magis ꝓpria. Vnde ex odoriferis floribus. i. ex placidis ⁊ gratiosis aliorum factis vel dictis colligunt fauum. i. doctrinam ⁊ moduꝫ quo suas thecas siue habitacula. i. conscientias vel domos ordinant ⁊ componunt. ¶ Apparet etiam in apibus prudentia mirabilis triplicitер. Primo respectu temporum quia prudentes discernunt tempora laboris ⁊ quieris. Nam hyemis tempore latent. qz scilicet vires non habent quibus ventis nimbus ⁊ pluuijs resistere possint ex quo innuitur ꝙ maxime persecutionis tempore licet debilioribus fidelibus persecutionem declinare ⁊ latere. ſm illud domini xMat. x. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. In tēpore autem veris apes exeūt nec in illo ocioſe sūt ſz primo fauos constituunt. ceram fingunt. cellulas faciunt ⁊ sobolem tandeꝫ ⁊ mella conficiunt. Ex quo videlicet erudimur. ꝙ tempore prosperitatis ⁊ pacis ocio nō vacemus ſz in varijs exercitijs vtiliter laboremus. Tunc scilicet constituēdi sunt fauci. i. actus exercēdi virtutis quib⁹ ad celestis hereditatis dulcedines perueniamus. Dicit enim Eccli. xxiiij. Hereditas mea super mel ⁊ fauum. Tunc quoqꝫ fingenda ē cera. i. componenda conscientia. que scilicet velut cera ad diuersas susciptendas figuras vitiorum ⁊ virtutum est apta. ꝑs. Factum est cor meū tanqꝫ cera liquescens. Tunc etiam faciende sunt cellule. i. sensus corporis vel iterne vires anime disponēde. Tandem autem intendendum est vel ad bonorū operum sobolem per actiuaꝫ vitam. vel ad mellis obtinendam dulcedinem per vitam contemplatiuam. ¶ Item apes de nocte vsqꝫ ad mane quiescunt do nec vna oēs excitet vno vel triplici bombo sicut aliqui dicunt ⁊ tunc peruolāt vniuerse si dies fuerit mitis. sed si futuros viderint imbres vel ventos tunc se continēt in theca. ataꝫ aduesperascēte domos intrant ⁊ strepunt. donec qui eas excitat eodem signo ad quietem inuitat. Quo videlicet exemplo nos instruit. ꝙ videlicet nocturno tēpore quies prestetur corpori die tamen incipiēte lucescere a lecto somni ⁊ pigritie est surgendum ſm illud. Nox precessit dies autem appropinquabit. abijciamus ergo opera tenebrarum. Nam post quietē noctis surgendum est ad opera laboris. sed post noctem culpe illucescēte die gratie surgendum est ad opera penitentie. ad q̄ quidē prelatus vel predicator

triplici bõbo.i.triplici modo debet alios excitare.s.exhortationis verbo.conuersationis exemplo ⁊ etiam orationis suffragio ꝑm illud.i.Thimo.iiij.Exemplum esto fidelium in verbo in conuersatione in charitate. Aduesperascente vero.i.aduenientе nocturno tempore vel tenebrosa tentatione debet se ad domum recolligere siue corporalem vt quiescat ⁊ honestius maneat siue ad domum mentis ne eum hostis rentans foris vagantem capiat ibiqꝫ debet strepere vel legendo vel orando peccata confitendo ⁊ alia huiusmodi faciendo quousqꝫ tentatiõe repulsa tempus quietis adueniat. Quod autẽ audito signo aut tumultu cessant religiosos admonet claustrales vt quictis tempore vel audito signo ad hoc statuto suũ silentium teneant ita vt volẽtes quiescere vel orare tumultu suo non impediãt ¶ Item apes locum frigidum querunt in estate ⁊ calidum in hyeme docẽtes bonos tempore prosperitatis refrigerio se tueri humilitatis :et tempore aduersitatis calore se defendere charitatis qꝫ charitas patiens est. ¶ Item apes inueniuntur prudentes respectu operum. Primo quantum ad materiam qꝫ ex floribus recentibus materiam colligunt.ex qua mella ⁊ ceram colligunt ⁊ conficiunt. ⁊ quando flores vicini consumpti sunt speculatores mittunt ad alia pascua requirenda ⁊ si eas nox apprehendat supine excubãt vt alas suas a roze ⁊ a pluuia protegant ⁊ facto mane absqꝫ impedimento volare valeant. Quasi ergo flores nascẽtes in arboribus sunt affectiones bone crescẽtes in cordibus ex quibus dum sunt recẽtes ab apibus mel ⁊ cera colligitur qꝫ dũ sũt noue ⁊ feruentes a viris solicitis dulciter ⁊ faciliter ẽplentur opere. Mel enim dulce est ⁊ cera faciliter formatur sed cõpletis vicinis floribus alios ad pascendũ exploratq; ꝓsperaq; sua bona ꝓposita opere compleuerint adhuc an alia restẽt que ab eis fieri debeant cum magna cura perquirunt. sed nocte superueniente supine excubant vt alas a pluuia vel roze defendant. qꝫ se prosternendo orando ante deum se humiliant. vt humilitatis merito ⁊ oratiõis suffragio ale suoꝝ affectuũ vel operum ⁊ a pluuia tentationuꝫ carnaliũ ⁊ a roze.i.subtilitoꝝ pugna vitiorum spiritualium protegant ⁊ facto mane.i.redeunte serenitate possint ad ea q̃ ceperant liberius euolare. ¶ Apes in ueniuntur prudentes respectu impediẽtiuꝫ. Primo quidẽ qꝫ thecã alueariis succis arborũ gũmosam vim habentium ⁊ amaram per totum liniunt ⁊ contra hostes se munũt ꝓ vt possunt. Quasi autem gumi vel amari succi arborum afflictiões sunt vel lachrime penitentiũ. quibus apes ideſt sancte persone suarũ mentium aluearia liniunt atqꝫ amaritudine fletuũ contra hostium suggerentiuꝫ dulcia maligna tentamenta defendũt. ¶ Item apes gerule quando ventũ timent volãt iuxta terrã vt onuste cito redeant ne flatu impediantur aliquo ⁊ aliquãdo lapillis se onerant. vt a uento moueri nõ valeãt. Similiter ille persone que actiue vite pondera siue labores portant si ventũ vane glorie metuũt vel ventuꝫ ideſt conatum alicuius impedientis debẽt iuxta terrã volare ideſt humiliter ⁊ latenter facere quod intendunt. ¶ Item onerare se lapillis.i.sanctorũ humilibus exẽplis ⁊ cautelis vt illorum firmati põdere a ventis tentationũ minime moueant. ¶ Tertio apes representant bonos viros ꝓpter socialem vitam. Diligunt enim boni viri semper cõmunem ⁊ socialem vitaꝫ ⁊ fugiunt singularitates quod quidẽ innuitur in apibus:qꝫ apes ꝑm Ambro. vnã cõmunem eligunt mansionẽ. vnius porte clauduntur limine cõmunis labor est omnibus cõis cibus cõmune opus cõmunis vsus cõis fructus ⁊ cõis volatus. Et talis cõmunitas maxime competit claustralibus ⁊ regularibus in congregatione viuentibus scilicet non se a cõmunibus obseruantijs vel operibus subtrahere: siue quantum ad locum siue quantũ ad cibum siue quantũ ad labores vel quo ad obsequia charitatis ⁊ opera humilitatis

siue quantum ad vsum vel socialem con
uictum siue quantum ad volatum idest
promptum vel velocē obedientie motū.

¶ Capitulum.xij.

Antica diuine laudis z ec
clesiastici officij si cuz deuo
tione cordis z mētis attē
tione fundantur: delectāt
etiā angelos sicut cantus z
armonie hoium dñr dele
ctare delphinos. Dicit. n. Isidorus. q⁹ del
phini voces hominū sequuntur z ad vo
cē symphonie congregari conuentunt z
in armonia plurimum delectantur. Sic
etiam angeli faciunt de canticis z armo
nijs deuote deum laudantium: non qui
dem ratione vocis sed rōne deuotionis
ꝓpter q⁹ dicitur in. ps. Preuenerūt prin
cipes cōiuncti psallentibus: z quod beat⁹
Ber. de angelis exponit. Vnde etiaz Ba
sili. dicit i hexameró. q⁹ psalmodia demo
nes fugat. z angelos in adiutorium salu
tis inuitat. ¶ Item cantica diuine laudis
valent ad subleuandum tedium vite pre
sentis. z etiam ad alleuiandum laborem p
lixe tentationis quod patet exemplo luci
nie. Nam lucinia sicut dicit Ambro. in li.
hexameron dum ouа sua peruigili custo
dia fouet longe noctis laborem cantile
ne suauitate subleuat. Ille namqz ad mo
dum lucinie peruigili custodia ouа fouet
qui bona in nido mentis concepta imple
re opere cum cautella z solicitudine stu
det. Sed quasi labor longe noctis prolixi
tas z tedium est tentationis insurgentis
vel laboriosa prolongatio incolatus vite
presentis de qua ps. conquerebatur di
cens. Heu mihi quia incolatus meus pro
longatus est: sed hunc laborem lucinie cā
tilene suauitas subleuat quia mentez vel
tentationis vel presentis exilij tedio fati
gatam diuine laudis deuotio recreat. Vn
de idem Basi. dicit de cantu de psalmo
dia q⁹ est scutum in nocturnis terroribus
z diurnoruz requies laborum tutela pue
ris iuuenibus ornamentum solamen se
nibus mulieribus aptissimꝰ decor. deser
tas habitare facit vibes sobrietatem do
cet incipientibus primum efficitur elemē
tum proficientibus nutrimētum pfectis
stabile firmamentum.

¶ Capitulum.xiij.

Arnales boles sunt vul
turibus similes. Quaz vul
e tur cū sit immūdus z sedꝰ
de facili ꝓ cadauere terrā
petit z cū descēderit nō ō
facili inde surgit sed vix
sursum ascendit vt Hiero. dicit: z addit
q⁹ in alto volans cadauer in infimo con
spicit z ꝓ amore cadaueris sublimitatem
aeris derelinquit z ad infima se submittit z
quando se erigit ꝫ vētuz alas percunt et
sic venti adminiculo plus ꝫ roboze pro
prio ab infimis in aerem se extollit. Sic
quoqz carnales homines cum sint immū
di in cogitationibus z fedi in affectioni
bus de facili ꝓ cadauere terram petunt
qz ꝓ carnis delectatione ad turpia z i
munda opera faciliter descendunt z post
ꝫ talibus operibus se dederint non faci
liter ab eis recedunt. z vix sursum vel ꝓ
desiderium surgunt. Et si etiam hō carna
lis sit in culmine dignitatis. nihilominus
miserabile cadauer in infimo conspicat. qz
. s. ad carnalia opera cogitanda vel facien
da z cor suum inclinat z oculos conuertit
z sue dignitatis altitudinē relinquens. i.
non attendēs in turpia z infima ruit. Vñ
ps. dicit. Cum hō in honore esset non in
tellexit comparatus est tumentis insipien
tibus z similis factus est illis. Cōtingit ta
mē quādoqz q⁹ talis ēt postꝫ cecidit a spi
ritussancti vento. i. interno spiraculo exci
tatus si ad vētū ipm. i. spiritussanctu inspin
ctum ala mentis z alas operis per penitē
tiaz pennt q⁹ iterū se in altū eleuat z surg
it ꝫ plus auxilio venti. i. gratia spiritussā
cti ꝫ ex suo proprio merito vel labore.
¶ Item carnis cura quāto plus crescit in
homine tanto magis ad bona opa animā
tardaz reddit: qđ quidē in vulturibus ap
paret qz vult ꝓpt multitudinē carnis tar
dis volatibꝰ pgit: sic miserū corpꝰ qđ cor
rumpitur aggrauat humanam animam
ex ipsa enim assidua corruptibilitate car

nis anima nostra compelitur insistere curis carnis. & sic ex corruptione grauata. & curarus multiplicitate detenta ad virtuosa & spūalia opera redditur valde pigra.

¶ Item carnales differunt a spūalibus sicut pisces marini a fluuialibus. Nam pisces in mari nascentes squamas habent duras & grossas propter aque salse siccitatem: econuerso autem fluuiales pisces squamas habent subtiles & spissas & molles. Quasi autem squame in corpore piscis sunt que tunc nascuntur in mente hominis. Circa igitur spiritualia & diuina in hoc carnales a spiritualibus differunt quia carnales quiqz habent mentes. i. mētis considerationes duras ad percipiendum spiritualia ſm illud Apostoli. i. Cor. ij. animalis homo nō percapit ea que sūt spiritus dei. ¶ Item grossas ad intelligēdum. Vnde carnalibus adhuc discipulis dominus dixit Matth. xv. Adhucne vos sine intellectu estis. Sed spirituales viri habent mentes molles idest habiles ad percipiendum subtiles ad intelligendum & spissas. i. frequentes considerationes diuinorum. ¶ Item carnis lasciuia assimilatur hyrundini que ē auis vaga clamosa & picturata: sic carnales & lascine mulieres sunt vage in discurendo & in circunspiciendo sunt clamose in cantando vel cōtendendo: sunt etiam se picturantes componendo & ornando. Prouerbiorum. vij. Garrula & vaga.

¶ Capitulum. xiiij.

Ogitatiōes terrene facilē incidere animam in laqueum diaboli. Nam aues ad
c escam descendentes & circa terram volantes citius capiūtur ꝙ ille q̄ in alto volat. Sic homines per carnales & terrenas cogitationes citius capiuntur a diabolo ꝙ p celestes. Prouer. i. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Glosa. Laq̄os diaboli facile euadit in terris qui oculos semper habet in celis. ¶ Item cogitationes immunde abundant in cordibus peccatorum sed non in cordibus iustorū. Sicut enim maior multitudo muscarum solet residere super scabiosum ꝙ super sanum. ita cogitationes immunde magis super peccatores ꝙ super iustos. ¶ Tres cogitationibus immundis maxime infestantur homines deuoti. Nam vnctum locū inuadunt musce & inquinant. Sic demones illos quos vident habere gratiam nituntur inquinare prauis cogitatiōibus. Ecclesiastes. x. Muscе morientes. i. cogitationes immunde perdūt suauitatez vnguēti. i. meritum bonoꝝ operū siue deuotionem orationis. ¶ Item apes super flores residēt & inde attrahūt mel. Sic isti de eternis bonis cogitant & tamē attrahūt dulcedinem. Sed musce loca immunda frequentāt deturpāt & sic immunde cogitationes homines peccatores.

¶ Capitulum. xv.

Oniugij honestatē querere & seruare docent exemplaq̄ aliū: inter omnia ēni
c animalia volucres i generationis ordine sequunt maxime honestatez. Mā mares cū solicitudine feminas querunt inuentas diligunt pro ipsis pugnant & periculis se exponūt & eis cōiugali ꝙ tātū fedēre se comūgunt & fetus ab ipsis procreatos solūmodo pascunt. Ex quibus quidem colligitur ꝙ circa coniugalem statū nos aues quiqz modis instruūt. Primo enim exemplo aliū debēt viri qui vxorari volunt femias bōas solicite querere in vxores: q: scriptum est Prouer. xviij. Beatus est q̄ inuenit mulierez bonaz: quā sez cū qs vult inuenire debet eā querere non sicut lasciuꝰ & vanus qui nō q̄rit i vxore nisi pulchritudinez. Est enī pulchritudo i muliere ꝙ sit sine p̄iudētia & bonitate plus cōtēnēda ꝙ appetenda. Quia vt dicitur Prouer. x. Circulus aureus i naribus suis mulier pulchra & fatua: & ideo in hominib⁹ q̄ uis vtrūqz sit onerosū scilicet pulchram seruare & turpem habere. tamen magis est tolerabile turpem habere ꝙ pulchrā seruare. Vnde ſē dixit aureol⁹ phs. Pulchra cito ads

matur: turpis facile cōtēnitur. Difficile est custodire quā omnes amant: molestum ē possidere quam nemo dignatur habere. Dinoti tamen miseria deformis habetur ꝙ formosa seruetur. ¶ Itez qui vult inuenire bonaz: debet eam querere non sicut auarus qui non querit nisi diuitias in vxore. Quāuis dicat theophrastus ꝙ pauperem vxorem alere difficile est: diuitem vo ferre est tormentuz. Tamen salomon dicit ꝙ melius ē ducere vxorē pauperem ⁊ pacificaz ꝙ diuitem ⁊ litigiosam Prouer. xxi. Melius est sedere i angulo domatis ꝙ cum muliere litigiosa ⁊ in domo cōmuni. Vnde ēt Chrysosto. dicit sup Mathēū. Tu iuuenis qñ vxorez ducere vis: noli querere diuitem sed bene morigeratam. qz boni mores diuitias semper acquirunt. Dimitte āt bonos mores nūꝙ fecerunt. gloriosior est paupertas fideliū ꝙ diuitie peccatoꝝ. Vnde cū interrogasset quidam themistidem plm cuiuam filiam suam daret in vxorez an pauperi ꝛs scientia ⁊ moribus ornato: an locupleti parum probato. Respondit: malo hominem indigentem pecunia. ꝙ pecuniam indigentem homine. Debet igitur qui bonaz vxorem cupit inuenire querere eam sicut prudens ⁊ discretus scilicet attendēdo ad mulieris bonitatem. Ecclesiastici. xxvi. Mulieris bone beatus vir: non dixit mulieris pulchre vel diuitis. sed bone ¶ Item attendendo ad mulieris prudentiam ⁊ discretionem. Prouerbiorum. xix Domus ⁊ diuitie dantur a parentibus: a domino autem propie vxor prudens.

¶ Item attendendo ad mulieris progenies dicit Chrysostomus super Mathēum. ꝙ ille qui vult vxorem accipere debet considerare si habet ambos parentes bonos vel ambos malos vel vnum bonum vel alium malum. Si ambo sunt boni secure eam accipiat si ambo mali omnino eam dimittat. Si vero alter bonus ⁊ alter malus quid facturus sit timeat. Verumtamen si pater eius sit bonus ⁊ mater mala magis conuenit timere. Si vero econuerso minus: propterea quia pueri magis consueuerunt conseruari cum matribus ꝙ cum patribus ⁊ per consequēs magis imitari mores maternos ꝙ paternos. Secundo docent aues coniuges honeste diligere sicut ipse aues cōpares mutuo se diligunt: sed cauendus est in coniugibus ne sit amor nimius vel inhonest⁹. Nam sicut dixit Sextus in sententijs ad ulter quidem est in sua vxore amator ardentior: in aliena quippe vxore omnis amator turpis: ⁊ in sua nimius nihil turpius ꝙ amare vxorem quasi adulteram. ¶ Item ne sit amor nimius zelotyp⁹. Ecclesiastici. ix. Ne zeles mulierez sinus tui. Et eiusdem. xxvi. Dolor cordis ⁊ luctus mulier zelotipa. Debet igitur esse amor honestus ⁊ ordinat⁹. Ephe. vi. Viri diligite vxores sicut christus ecclesiam. ¶ Tertio instruunt aues coniuges tueri ⁊ defēdere. Nam aues pro eis pugnant ⁊ perculis se exponunt. Debent autem se mutuo defendere coniuges: non solum abiurijs corporalibus: sed etiam ⁊ vicijs ⁊ inhonestatibus quod sit quādo vn⁹ cōiugum alium male viuentem corripit ⁊ castigat. Si enim vxor sit male morigerata sicut dicit Chrysostom⁹ super Mattheum tribus modis a viro castigari debet primo docendo ipsam ſm deum. Si autem timorem dei non sentit improperando vt vel hominem erubescat: si autē nec pudorem sentit frequenter confusa faciat illi quod precipit Salomon. Cor durum in baculo percute. Quia igitur dicit Chrysostomus. Sepe proficit doctrina iusticie. primo admōe: deinde cōfunde quoniam frequenter pudor est frenum viciorum: tertio iustum est vt castigetur tanꝙ ancilla que erubescere nescit vt vipera. Si autē vir male se habeat: tūc vt docet. Augusti. in libro. i. comeha. vxor sua debet eum quatuor modis coercere. Primo admonendo. Secundo obiurgando vt si non prosint charitatiue admonitiones faciat duras obiurgationes. Tertio si hoc non valeret ecclesiam interpellando: scilicet prelati vel episcopi auxilium requirendo ma-

rime si peccatum ipz notoriū est. Quarto ad deū recurēdo per viros spirituales ⁊ orationes: quia saluabitur vir iñdelis per mulierem fidelem vt dicitur prime Corinth. vij. ¶ Quarto aues docent qualiter se debent coniuges ad matrimonialem actum coniugere scz tantum cum iugali federe ⁊ affectu scz intentione ⁊ cā prolis procreande. Vbi enim sola de causa aues admiscent sociantur scilicet ad generationem. ⁊ hinc est ꝙ aues quasi solum generationis tempore videnť eē in amore. Vnde est ꝙ solum etiam in conjunctione carnali inter se rem ⁊ rem diuidicant exceptis perdicibus que rem non seruant sicut dicit philosoph⁹ in sexto de animalibus. Vnde surgit in perdicibus masculus in masculum femina in feminam. Sed ex tali coitu non sunt oua pullificatiua: Immo faciunt oua vento plena ⁊ addit ꝙ ex tali coitu malus fetor sentitur. In quo videlicet exemplo ostenditur vicium contra naturam triplici de causa detestabile. ¶ Primo propter infructuositatem. quia non est ad generationem. Vnde in perdicibus ex tali coitu non generantur oua pullificantia. ¶ Secundo propter insaciabilitatem. quia facit oua plena vento. Ventus enim licet repleat: non tamen reficiendo saciat. Sic in huiusmodi operib⁹ licz quis suum malum desiderium impleat tamen non satiat. ¶ Tertio propter fetoris feditatem quia producit malum fetorem infamie vel mali exempli. ¶ Jtē aues in opera generatiōis obseruant tēporis congruitatem. scz tempus veris: in quo ostenditur ꝙ non omni tempore est vacandum operi coniugali. Nam in diebus sacris vel festiuis hmōi nō ē vacādum amplexibus. Ecclesiastes .iij. Tempus amplexandi ⁊ tempus longe fieri ab amplexibus. ¶ Item aues tempore generationis nutibus ⁊ vocibus ad amorem mutuum se inuitant: ex quo ostenditur coniugale debitum persoluēdū esse vtori sine voce sine nutu petēti. ¶ Jtē aues pullificant ⁊ pullos generatos educant. quia tenentur parentes filios alere naturales: ⁊ si non forte sm rigorem iuris ciuilis vel positiui tamen ex iure naturali. ¶ Item aues vsq; ad iteratum generationis tēpus sibi non appropinquant: qz scilicet post impregnationem quousq; perierit mulier abstinendum est ab vxore. ¶ Quinto docent aues fetus educare: qz fetus ab ipsis procreatos tantummodo pascunt communiter. In quo ostenditur periculuz adulterij: precipue ex parte mulieris. qz mulier ex adulterio occulto generans statuit viro suo filios non suos. ⁊ facit eum alere non genitos a se de quo sicut de furto ad restitutionem tenetur. ¶ Item coniugij honestatem seruare ciconiarum exempla nos docent: in quib⁹ viuente femina nunq; mascul⁹ causa coitus cum alia se associat. sed sue femine quo ad nidum ⁊ prolez seruat fidem: sed si in femina adulterij concubitum perse serit vltra cum ea non habitat: immo ipsam si potest trāsuerberat ⁊ necat sicut dicit Aristoteles. ¶ Item mas feminam alias q̄ in nido non calcat: ex quo exemplo coniuges aperte monentur fidē thori diligenter obseruare: adulterinos concubitus horrere ⁊ euitare ⁊ carnalis operis debitū cū quadam honestate pstare.

¶ Capitulum. xvi.

Contemplatiua vita ⁊ aspera abstinentia signant in illis piscib⁹ seu natantibus quoruz esus cōcess⁹ ē in lege Moysi. Dicit enī Leuit. xi. Omne qđ hz pennulas ⁊ squamas tam in mari q̄ extra i fluminibus ⁊ stagnis comedetis: quicquid autem pennulas ⁊ squamas non habet eorum que in aquis mouentur ⁊ viuunt abominabile vobis execrandumq; erit. Ad litteram huiusmodi natatilia scilicet anguile ⁊ similia prohibita sunt iudeis propter excessuz humiditatis. Et pisces alij concessi sunt tanq; siccliores. Sed moralis causa siue figuralis fuit quia per pennulas signatur vita subtilis vel contemplatio: per squamas autem signatur vita

aspera quorum vtrumq; necessarium est ad mundiciam spiritualiuz. ¶ Item contemplatiui viri similes sunt auibus modulantibus que siluas amant in arboribus ⁊ fructetis nidificãt: dulciter modulantur ⁊ cantant super oua solicite cubãt ⁊ pullos diligenter educant: ⁊ tales sunt philomene merule ⁊ consimiles. Sic perfecti ⁊ contemplatiui viri loca solitaria diligunt nidum mentis ⁊ contemplationis quietem in fructetis ⁊ in arborum ramis ideſt humilium ⁊ piorum exẽplis ⁊ in magnorum sanctorum actibus ⁊ vestigijs ponunt diuinas laudes dulciter vel voce: vel saltem corde quottidie modulantur ⁊ concinunt. sancta quoq; desideria mentis cum calore deuotionis fouendo vsq; ad complementum operis p ducunt. quasi super oua cubantes et a suo calore fouentes vsq; ad pullorum natiuitatem persistunt. Sed tunc quasi pullos diligenter emittunt. concepta bona non deserunt sed ea congruentibus modis quasi nutrientes ⁊ allentes ad debitã perfectionem perducunt. ¶ Item cõtemplatio hominis in carne viuentis nõ potest esse diuturna propter grauedinẽ corporis. Est enim homo mortalis aui perdici similis que scilicet est multe carnis ⁊ pauce pennositatis: ⁊ ideo pauci volatus Nam in volando parum a terra se erigit ⁊ statim post paululum terram petit. Similiter quia homo habet in vita ista multum de corporis grauitate ⁊ imbecillitate. ⁊ paruz de pennositate ideſt de virtutum spiritualium leuitate. ⁊ si aliquando a terrenis ad celestia capienda per contemplationis volatum surgere nititur corruptibilis tamen carnis pondere vel infirmitate grauatus post modicum ad inferiora reuertitur. Vnde dicitur Sapien. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. ¶ Irẽ contemplatio diuinorum tentationum impulsos fugat ⁊ seculentis seculi procellas sedat. quod patet altonis exemplo. Altio enim vt dicit Ambrosius auis maritima est que quasi in medio hyemis fundo magis scilicet mare ventorum ac fluctuum tempestatibus seuit ouasua in littore maris ⁊ arena facit ⁊ ibidem versus mare respiciens per sex dies super ea incubando persistit: post quos nascunt pulli: quibus natis ad eos nutriendos altos septem dies adiungit: ⁊ per omnes hos. xiiij. dies mare tranquillum permanet ⁊ securum. Vnde industria naute hos. xiiij. dies serenitatis ad nauigandũ obseruant ⁊ eos alcionidas vocant vt dicit Ambrosius. Si est ergo tanta virtus auicule vt sue contemplationis intuitu mare seuiẽs tranquillum efficiat quanto magis si rationalis anima ad imaginem dei facta ad eternum ac immutabile bonum interiores oculos contemplando vel orando direxerit: mare siue cordis fluctuantis. siue mundi seuientis tranquillum protinus atq; pacatum habebit. Job. viij. Tu quoq; si diluculo consurrexeris ad deum et omnipotentem fueris deprecatus statim quoq; euigilabit ad te ⁊ pacatum reddet habitaculuz iusticie tue. Docet ⁊ nos hec auicula vt propter persecutiões vel tentationes surgentes neq; bona timeamus agrredi: nec etiam vsq; ad perfectum' eas negligamus prosequi. Non enim auis hec quia mare procellosum viderat aut se ponere ad oua cubanduz in littore metuit: aut etiam vsq; ad debitam pullorum nutritionem recedit.

¶ Capitulum. xvij.

Continentia castimonie cõfert ad longitudinez vite. Quod in vulturib⁹ patet quos dicunt decubitu nullo commiscere ⁊ sine omni concubitu pullos generare ⁊ centuz annis viuere vt dicit Isidorus. Ex quo colligitur q̃ diutius viuunt qui a carnalis operis resolutionibus se restringunt. Nam sm philosophum animalia que sunt multi coitus vt passeres ⁊ huiusmodi sunt breuioris vite. Vnde nota q̃ luxuria minorat vitam corporalem: deshonestat vitam ciuilem: ⁊ necat vi-

tam spiritualem propter primus dicitur Luce.xv. De iuuene prodigo ⁊ lasciuo qui dissipauit substantiam suam non tantum personalem: sed etiam temporalem viuendo luxuriose. Est enim in actu luxuria euacuatio humidi ⁊ expiratio calidi. in quibus duobus vita conseruatur. Et ideo ex frequentatione actus ven ⁊ rij vigor ⁊ vita corporis eneruatur. vnde Hugo de sancto victore. Luxuria inquit est immoderata carnis petulantia: dulce venenum importuna lues pernitiosa potio: que humanum corpus debilitat ⁊ virilis animi robur eneruat. Et Innocentius dicit de vilitate conditionis humane. O inquit extrema libidinis turpitudo que non solum mentem effeminat: sed corpus eneruat ⁊ non solum fedat animam sed fedat personam. Omne namq; peccatum quodcumq; fecerit hō extra corpus suum est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat: semper illam precedunt ardor ⁊ petulantia: semper comitantur fetor ⁊ immunditia semper sequuntur dolor ⁊ penitentia. ¶ Itē luxuria dehonestat vitam ciuilem: quia tollit homini gloriam inferens ignominiam ⁊ infamiā. Vnde dicitur de luxuriosis Ysa.xxxiij. De cadaueribus eorum ascendet fetor: scy infamie. Vnde. Valerius dicit in libro.ix. de vicijs carnalibus loquens. Quid inquit his vicijs fedius. quid etiam damnosius. quibus virtus aufertur. victorie relāguescunt. sopita gloria in infamiam conuertitur. animi ⁊ corporis vires expugnantur adeo vt nescias an ab hostibus an ab illis capi perniciosius habendum sit. ¶ Item luxuria perimit vitam spiritualem. Ro.viij. Si sm carnem vixeritis moriemini. Dicit. Qui luxuriatur viuens mortuus est. Etiam ferreas mētes libido domat que maiorem in virginibus patitur famem. suauleius putāt esse qđ nesciūt. ¶ Ecōuerso aūt castitas siue continētia dies vite multiplicat. Job.xxix. Quasi palma multiplicabo dies meos. Per palmā intellige vitam carnis que per cōtinentiā abscindit

¶ Item vitā ciuilem exornat ⁊ nobilitat. Vnde Cipianus de.rij. abusiōibus. Pudicitia inquit est ornamētū nobilitās: exaltatio humilū nobilitas ignobiliū. pulchritudo vilū solamē meritū: augmētū ois pulchritudinis. nec religiōis minoratio criminis multiplicatio meritorum creatoris omnium dei amica. ¶ Itē corroborat ⁊ cōseruat vitam spiritualez Roman. viij. Si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.

¶ Capitulum.xviij.

Onerūo non est differēda. Mā auis videlicet que videt arcum tensū ⁊ sagittam paratā nō differt a uolare. Sed sic sagitta parata est auem petere si stetit. sic deus nolentem conuerti. Psalmi. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit arcum suum tetendit ⁊c. Sed multi faciunt sicut auis stulta que cuz differt a uolare percutitur. Sic multi dum differunt a uolare ⁊ pponūt conuerti subito moriuntur. Ysa.xxx. Subito dum nō speratur veniet contritio eius. Eccli.v. Ne tardes quern ad dominū ⁊ ne differas ō die in diem subito eni veniet ira illi⁹ ⁊c. Ambro. dicit. Aux tibi offeram nō mihi dicis cras veniā sed tam exigis: nemo differt nemo excusat: redēptio animē promittitur ⁊ nemo festinat. Et nota q̄ peccato: quādo nō conuertitur quāto magis expectatur tanto grauius iudicatur Vnde Valerius maximus in libro primo dicit q̄ lento gradu ad vindictā ira diuina pcedit tarditatemq; supplicij gravitate pensat.

¶ Capitulum.xix.

Or hominis prius est innouandum ⁊ deuotarus orationum odoribus imbuendū: q̄ intra sui thalamum possit suscipere deū Cuius exemplū apparet in piscibus. Nam pisces in odoriferis naturaliter delectatur. Dicitur enim xiij. li-

bio de animalibus q̄ quedam genera piscium odorant et audiunt: ideo ad noua uasa actus q̄ ad antiqua pisces accedit: imo vbi fuerit nouus raro accedit ad vasculum antiquū. Sic de⁹ cordis hūani vasculum non ingreditur quod non prius nouum per penitentie innouationes efficitur. Vnde. ps. petijt hanc nouitatem dicens. Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innoua in visceribus meis nec etiam in cordis hospitio de⁹ delectabiliter habitat de quo non odor suauis deuote orationis expirat. Sed quidem phiale plene odoramētoꝝ sunt orationes sanctorum Apoc. v.

¶ Capitulum. xx.

Crudeles homines et raptores cōmuniter moriūtur famelici et mēdici. Sūt eni vulturibus similes qui exercitū sequuntur vt de cadaueribus equorum et hominuꝫ satientur. Et ideo dicuntur ali quo nature sensu presentire bellum: et signum futuri belli precipere quando cō stat eos circa exercitum conuenire. Cum autem senescat vultur elongatur eius rostrum superius et recuruatur in fine et mo ritur tādem fame. Sic homines rapaces qui vt lucrentur et rapiant diligunt guerras sicut faciunt stipendiarij milites et quidam tyranni potentes: licet forte in iuuētute vel aliquo tempore lucrentur et abundent in senectute tamen vel aduersitate seu infirmitate cū rapere nō possint. dū rostꝝ i. ons sui victus necessitas crescit et lucrum deficit ad paupertatem et mendicitatem deuenitur et fame moriūtur. Job. xiij. Tigris perijt ideſt raptor eo q̄ nō haberet predam. ¶ Itē crudeles debilium hominum sanguinem sitientes incidunt frequenter ipsi in manus maiorum et potentiorum. Vnde tales assimilantur culicibus. qui dum aliorum sanguinem sitientes sugere volunt in rostra trūdinū incidunt que ipsos occidūt et comedunt. Talibus ergo similes sunt qui duꝫ minores occidere querunt vel expoliare ipſi maiorum preda vel occisionis victima fiūt Cuius exemplū manifestius in libro Hester habetur scilicet de Aman qui duꝫ propter Mardochei emulationeꝫ iudeos crucifigere voluit ipse a rege assuero i patibulo est suspensus Hester. xiij. v. vi.

¶ Capitulum. xxi.

Vriosi et presumptuosi pēr
c scrutatores culicibus assimilantur. Nam culex que est idem quod cynifes lucipeta est. quia lumen cande le vel lucerne libenter videt. Sed dum in lumen minus caute irruit se ipsam comburit. Similiter qui diligunt lumen diuine vel humane scientie interdum nimis curiose vel presumptuose perscrutando dum in ipsum lumen impingunt per alicuius erroris vel elationis incursuꝫ quasi se ipsos occidūt. Vnde. Prouer. xxv. dicitur. q̄ qui scrutator ē maiestatis opprimetur a gloria. Et ideo sicut dicit Grego. nazanzen⁹. Scientie desideriuꝫ et inquisitio questionuꝫ nisi timor dei pecsserit effrenatos animos in precepsducit. Vbi vero timor dei est ibi obseruatio mandatoruꝫ ibi carnis ex purgatio que se velut densa quedaꝫ et obscurior nubes anime obijciens cōsidera re eam diuini radij lumina non sinit.

¶ Capitulum. xxij.

Jabolus assimilatur bu
d boni. Primo quidem quia bubo stercoribus pascitur. Sic delectatur diabolus immūdicijs. peccatorum. Thren. iij Qui voluptabātur in croceis scilicet demones anteq̄ caderent amplexati sunt stercora ideſt immunda peccata in quibus nunc delectantur. ¶ Secundo quia bubo ad templa de nocte vadit vt lampadarum oleo satietur. Templa enim dei dicuntur quilibet sancti viri: quorum scilicet lampades sunt eorundem sanctoruꝫ mentes que plene sunt oleo gratie et letitie spiritualis huiusmodi oleo nocte id est latenter et occulte sanctorum mentes

diabolus satagit vacuare scilicet vt aduẽiente sponso non habeant oleum secus in lampadib⁹:& sic ab eterni regis nuptijs excludantur.sicut accidit virginibus fatuis .Mathei.xxv. ¶Tertio quia bubo ab auibus oditur & ab eis deplumatur. Volant enim circa ipsum de die & eum deplumant.Sic diabolus oditur a sanctis tanq̃ aduersarius:quem aues idest sancti viri & prudentes de die deplumant quando eius machinationes malignas clarius cognoscentes eas & detegunt & reuelant.Vel quasi plume ei adherẽtes sunt eius imitatores quos sancti viri deplumant dum tales ad penitentiam reuocant. ¶Quarto quia bubo pugnat cum monedula que ẽ auis communi generis.Nam illa de die destruit ouabubonis & bubo de nocte comedit ouaeius.Est ergo auis velut monedula humilis penitentia:cuius ouadici possunt laboriosa penitentis opera. Sed velut ouabubonis sunt peccata ad que ouainduxit demon. Monedula ergo de die destruit ouabubonis quia humilis penitentia illucescente die gratie destruit peccata que penitens ex demonis suggestione commisit. Econtra de nocte deuastat bubo ouamonedule:quia irruẽte peccati tenebra destruit ipse diabolus omnia penitentie opera. ¶Item diabolus assimilatur nocticoraci que scilicet est auis que lucem fugit:tenebras diligit: solem sustinere non potest sepulturas mortuorum inhabitat in locis ruinosis nidificat ouacolumbarum deuorat & cuscis pugnat:de die quasi ceca est:de nocte acute videt.Nam splendor solis eius visum hebetat.Sic diabolus fugit lucem gratie diligit tenebras culpe nequit sustinere solem iusticie idest christus. Vnde dicebant ei demones Luce.viij.Quid nobis & tibi ie su nazᷓ.Vel nequit etiam sustinere solẽ idest bonum clare incedentem & viuentem:sepulchra mortuorum idest fetida & carnalibus desideriis plena corda peccatorum inhabitat. ¶Item in locis ruinosis idest in eis qui tentationibus statim consentiunt & ad cadendum in peccatum habiles sunt & proni nidificat. contra columbas idest simplices pugnat & ouaeorum idest opera libenter dissipando deuorat circa bona est cecus in malis acutus. Splẽdor autem doctrine christi eius visum hebetat quia subtilitatis eius maliciam totaliter anullat & ideo dicit Petrus.Cui resistite fortes in fide prima Petri.v. & Ecclesiastici.xliij.Refulgens radijs suis obcecat oculos. ¶Item diabolus assimilatur pauoni.Pauo enim habet caput serpentinum sed cristatum.incessum occultum.collum modicum.pectus erectum & saphirinum & caudam oculatam. Sic diabolus caput idest sue tentationis principium habet ad modum serpentis: quia serpens vbi caput immittit postea totus illabitur: vt dicit Hyeronimus quia vbi principium tentationis eius recipitur difficulter in processu repellitur.sed habet in capite cristam inquantum in principio prætẽdit alicuius boni apparentiam. Non enim posset malum immittere nisi sub alicuius boni specie.quia nullus intendens ad malum operatur:habet etiam latentes incessum.quia occulte trahit hominem ad interitum:collum etiam habet curuum.quasi capit hominem cito deglutit ipsum quasi cito facit hominem qui ei consentit ruere in peccatorum profunditatem:pectus idest appetitum habet erectum scilicet superbiam que semper excelsa appetit. Habet etiam caudam oculatam quia precipue ad finem respicit,vt ibidem hominem decipere possit. Geneſis tertio. Tu insidiaberis calcaneo eius idest fini.

¶Capitulum. xxiij.

Diligentibus feruenter deum non obsunt sed prosunt quecunq; aduersa. Vnde assimilantur passeribus de quib⁹ dominus mentionem fecit Mathei decimo. Multis inquit passeribus meliores estis vos. Nã passeres calidissime sũt nature & femina venenosa iusquiami sine lesione comedunt. Quasi enim calidissimi passeres sunt deum feruenter amantes a

quibus etiaꝫ venenosa semina iusquiami idest aduersa ⁊ periculosa mala mundi sine alicuius lesione periculi patienter suscipiunt. imo tanta est diuine dilectionis virtus vt hominibus conuertat in bonū etiam peccati virus. Roma. viij. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonuꝫ Omnia dicit qz prospera ⁊ aduersa. prospera ad vsum. aduersa ad exercitium vl omnia. s. bona ⁊ mala. ⁊ non tantum mala pene sed ⁊ culpe dum scilicet ex eis humiliores ⁊ cautiores atqz solicitiores resurgunt.

¶ Capitulum. xxiiij.

Doctrina sanctorum predicatorum eripit homines a deceptionibus demonū Legitur enim qꝫ cerebruꝫ galli in potu sumptum valet contra morsus serpentum. qz demit eorum venenum. Per gallum predicatores intelligitur. vt super illud Job. xxxviij. Quis dedit gallo intelligentiam Grego. testatur. In cerebri autē partib⁹ precipue radicata est sensitiue cognitionis virtus. Est itaqꝫ velut cerebruꝫ galli sensus predicatoris sancti qui dum per doctrine potum ab audientibus capitur serpentis morsus seu venenum fugatur. qz antiqui hostis deceptio detegitur ⁊ vitatur. ¶ Item gallus representat sanctorum predicatorum doctrinam etiam in cantu tripliciter. Primo propter discretionem temporis. Nam gallus prius horam noctis discernit ⁊ postea vocem excitationis emittit. Quia scilicet predicator sanctus in suis auditoribus. s. in tenebrosis peccatoribus prius qualitatem vite cōsiderat. ⁊ tunc demum ad erudiendum cōgruaꝫ vocem formatꝫ. Non enim vna eademqꝫ cunctis exhortatio ꝓfruit. qz nec cunctos par morum qualitas cōstringit. Sepe autez alijs obsunt que alijs prosūt. Nam plerunqꝫ herbe quedam animalia reficiunt alia occidūt. Leuis fibulus eos mitigat ⁊ catulos instigat. Et medicamentum quod hunc morbum minuit alteri vires iungit. Et panis qui vitam fortiuz roborat parulorum necat. pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum vt Grego. dicit. ¶ Secundo propter variationem vocis. qz gallus vt dicit Grego. in profundioribus horis noctis valentiores ⁊ profundiores educere cantus solet. sed circa matutinum tempꝰ leuiores ⁊ mitiores format voces. Sic predicator sapiēs quādo loquitur peccatoribus profundatis ⁊ obscuratis in tenebris peccatorum loquit terribilius ⁊ austeriꝰ aut de diuinis iudicijs aut de morti angustijs aut de inferni supplicijs. Sed quando loquit illis qui iaz illuminant a deo ⁊ sunt dei gratie cōiuncti loquitur ⁊ leniꝰ ⁊ subtilius ⁊ dulcius. s. aut de diuinis miserationibus aut de internis cōsolationibꝰ aut de internis retributionibus ⁊ similibus. Tertio propter percussionē laterꝫ qz gallus cum se ad cantandum preparat prius alas excutit ⁊ latera sua feriens se vigilatiorem reddit. Sic predicatores sancti cum alios vbis sancte exhortationis monent prius exercitāt se in sanctis actiōibꝰ ne in semetipsis torpentes opere alios excitent voce sed ante se per sublimia facta excutiunt ⁊ tunc ad bene agendum alios solicitiores reddūt pri⁹ cogitationū alis semetipsos feriūt quia quicquid in se inutiliter torpet solicita inuestigatione deprehēdūt districta animaduersione corrigūt ⁊ emēdant. qz anteqꝫ vba sancte exhortationis ꝓferant omne quod locuturi sunt operib⁹ clamāt. Et sic patet qꝫ sicut gallus alas excutit se ipsuꝫ percutit ⁊ vocē emittit. Sic predicator sanctus se excutit a malis. se percutit idest solicitat in bonis. ⁊ postea vocē emittit scilicet predicando alijs Ergo ex predictis omnibus habes ꝗtuor rationes quibus predicator sanctꝰ assimilatur gallo. scilicet propter vigorez meditaminis propter discretionem temporis propter variationem vocis. ⁊ propter

cussionem corporis.

¶ Capitulum. xxv.

Elemosynas pauperibus saltem de superfluis facere docet exemplum aquile. q̄

vt dicit Plinius tāte liberalitatis existit. q̄ predā nisi numis sit famelica sola non comedit. sed auibus eam sequentibus q̄ cōmunem exponit sua recepta primitus portione. Vnde eam semper aues alie insequuntur. ⁊ partem de preda sua sibi prestolantur dari. Vultur vero cōuerso ea que rapit solus comedit. Et igitur detestabilis est auarus. qui cibum quez abundanter hȝ comedere vult solus. Quo cōtra beatus Job dicit. Si comedi buccellā meā solus ⁊ non comedit pupillus ex ea Job. xxxv. Saltem enim miserabilis pomo postȝ saturat⁹ est cibo esurientes panperes pascere deberet de reliquo Vñ Luix. dicitur. Quod superē date elemosynaz ⁊ ad hec precipue tenentur clerici qb⁹ bona ecclesiastica cōmissa sunt nō ad abutendū pro suis consanguineis. sed potius ad fideliter dispēsandū. sm illud. 1. Corin. ix. Dispēsatio mihi tradita est ⁊ ideo de eis dicit Cesarius in admonitiōe q̄ nō soluz decime nō sunt nostre sed ad ecclesias de putate veruz quicquid amplius ȝ nobis opus est a deo accipimus pauperib⁹ erogare debemus. Et si qō eis deputatuz est nostris cupiditatibus vel vanitatibus reseruamus quāti paupes in locis vbi nos sumus fame vel nuditate mortui fuerint nouerimus nos rationem de animab⁹ illoꝝ in die iudicij reddituros. Sed nota q̄ nō semper peccat mortaliter q̄ nō dat pauperibus qō superfluum haberet. sed q̄n necessitas imminet. Quādo autez sit talis necessitas que obliget ad peccatum mortale nō posset ratione determinari sed cōmittitur prudentie vel fidei dispēsatoris. Vñ si bona fide det q̄n sibi videt expedire immunis ē a peto aliqn mortaliter peccat.

¶ Capitulum. xxvj.



Xaltat aliqñ diabolus hoiez vt in altitudine dignitaȝ frāgat quē in humilitate supare non potuit. Cornicula enim qñ non pōt frāgere nucem in altuz portat vt eius cadat ⁊ frangat. ⁊ sic facit aquila de testudine. Vñ hoc modo occisus fuit. Echilus poeta sicut narrat Valer⁹. q⁹ dū sederet sub diuo capite discoperto aqla alto testudinē ferens cādore capitis eius decepta. q⁹ credidit q̄ esset lapis quidā. tādē sup ipsuz testudine directo diametro cadere vt frāgeretur permisit. ⁊ sic dū testudinez frāgere voluit cerebrū illius cōtriuit. Sicut ergo aqla testudine vel cornix nucē. sic diabolus in dignitatez eleuat aliquē quē vincere ante nō poterat vt ipsuz in peccatū deiciat. ⁊ ideo statuit christum sup pinaculū templi Mat. iij. Job. xxx. Eleuasti me ⁊ quasi super ventū ponens elisisti me valde.

¶ Capitulum. xxvij.

Xemplū humilitatis ⁊ patientie xpi cōtra oēs aduersitaȝ pcellas animū fortē reddit. Cui⁹ exēplū apparet in quodā pisciculo q̄ hechin⁹ est vocat⁹. de quo Ambro. dicit q̄ dum procellas ventorum sentit calculum validuz arripit. ⁊ tanq̄ ancoram ne excutiatur fluctib⁹ trahit. ⁊ sic nō suis viribus liberatur sed pondere alieno munitur. ⁊ contra futuraz tempestatē lapidis auxilio stabilitur. quod naute attendentes sibi precauēt ne eos turbo preueniat imparatos. Sic qui procellas euadere vult. idest aduersitates seculi sentientis arripiat calculum validuz humilitatis scilicet ⁊ patientie christi exemplo quia ait. Si mundus vos odit scitote quia me priorē vobis odio habuit. Joānis. xx. vñ de pia ꝑ Petri. ij. Christus passus est ꝑ nobis vobis relinquēs exēplū vt sequamini vestigia eius. Et ió qui hūc lapidem angularem. s. christū accipit in exemplū nullus ei nocere potest⁹ impet⁹ tempestaȝ. nā si passio christi ad memoriā reuocetur nihil est adeo duꝝ qō nō equo animo toleret. sicut Greg. dicit. ¶ Iste exempla sanctoꝝ q̄ nos pcesserūt docēt nos diuicias mundi contemnere. Legit enī q̄ ossa gallozum ⁊ gallinarum sunt auro venenuz Vnde si auro liquescenti ossa huiusmodi

mi sceank ab eis cõsumik. Sunt aũt velut gallor ⁊ gallinar ossa ferór ⁊ setár q mor tui sunt exempla. que quasi aur destruũt dũ nos viuentes ad ipsus contemnẽdus inducũt. Eccli. xxxj. Beat⁹ qui post aurũ nõ abijt ⁊ Act. iij. dixit Petrus Argentus ⁊ aurum non est mihi tẽ.

¶ Capitulum xxviij.

Exempla mala prelatorum si fouentur corrumpunt ⁊ inficiunt mores subditor. Cuius exemplũ est gallus. quia vt Plinius dicit. gallus in vltia senectute oua quedam facit parua rotunda ⁊ quasi hui da. maxime si talia oua ab aliquo veneno so verme. puta bufone vl huiusmodi in diebus canicularibus foueant basiliscus procreatur. qui tante venenositat est q so lo aspectu inficit ⁊ occidit. Quasi ergo se nex gallus est quilibet antiquus prelatus vel princeps in reuerentia habitus : cui⁹ venenosa oua sunt prava ei⁹ opa. ex qui bus oritur basiliscus aspectu inficiens. id est exemplum pestiferũ subditos corrum pens. precipue si fouẽtur ab aliquo vene noso vme idest si suadenk fieri ab aliquo pestifero ⁊ maligno suggestore. Augusti. in libro de pastore Omnis qui male viuit in cõspectu eorum quibus prepositus est quãtum in ipso ẽ occidit. ⁊ forte qui imi tatur moritur. ⁊ qui nõ imitatur viuit. tñ quãtum ad illus pertinet ambos occidit.

¶ Capitulum xxix.

Eruor deuote mẽtis iurgẽtes tẽtatiões expellit. qõ patet exẽplo vulturi . q siẽ dicit Plini. in tñ cõtrariak serpẽtib⁹. q si pẽne ei⁹ vran tur ex odore serpẽtes fugã tur. Mũc qppe pẽne vrunk vulturis. cuis incendunt ⁊ feruescũt meditatiões ⁊ affe ctiões cordis sm illud ps. In meditatione mea exardescet ignis . Et tunc quoqs serpẽtes fugiunt quia tunc demonus sug gestiões abscedunt. Unde Greg. in Mdoral. Si nos virtus deuotionis in intimis afficit omnis strepitus prave suggestiõis obmutescit. Virtus enim deuotionis est ipse feruor affectiõis. Unde Hugo de san cto victore dicit q deuotio est feruor bo ne voluntatis. quem mens cohibere non valens certis manifestat indicijs.

Capitulum xxx.

Filios esse pios circa paren tes precipue i senectute vel debilitate cor̃ docent nos aues corũni generis. De q bus ait. Aristo ⁊ Basili. q pascũt pullos suos in iuu ẽtute sua. ⁊ iuuenes pascũt parentes in se nectute sua. ⁊ quãdo debilitãtur seniores in humeris suis eos ferũt iumores. Mdi ra est igit autum talium pietas vt erube scat suis parentibus aurilũ non prestare homo a quibus beneficia tãta suscepit vt dicit Ambro. Eccli. iij. Fili suscipe senec tã patris tui ⁊ cetera. ¶ Item filios erga parentus defectus pietatis exercere offi cia inducunt cornicis exempla. Mas sicut dicit Ambro. erga parentes suos miranda est cornicis clementia quia cum paren tes plumis ⁊ alis in senectute nudari con tingit cornices iumores pennis propijs eos fouẽt ⁊ collecto cibo nutriũt. ⁊ fulto alarum suarum sublenant ⁊ ad voládum exercitant. vt. s. in pristinos vsus membra dissuecta reducant. Sic filij hominũ suos parẽtes deberẽt pãnis propijs nudos si alios nõ haberẽt iduere. primo victu vel labore famelicos nutrire. fulto brachio ꝑ suoꝝ eos ifirmos vel debiles subleuare ⁊ ad cũdũ vbi oporteret tuuare. Sed nota q ioidinatus amor parẽtuꝫ ad filios ẽ ẽt ipsis parẽtib⁹ cã pdẽti vtutes. Cui⁹ qdez rei exẽplũ apparet in ciconijs. Mam cico nia sicut dicit Ambrosi⁹ miro affectu pul los suos diligit ⁊ custodit ita q ex cubati one assidua sup eos pẽnas pdit. sic paren tes q filios suos ioidinate diligũt frequẽ ter pp nimiã cirã vel luera illicita q̃ faciũt pp illos pẽnas vtutuꝫ amittũt. Jn hoc tñ ipse ciconie reddũt imitabiles q quãtũ ex pendunt temporis in fetibus educandis. tãtum ab eis vice reciproca educantur vt dicit Ambrosius vt videlicet filij hoium

quos parentes in infantia eorum cū magna cura educant eisdem i senectute sua vicariam opem reddant. Consimilem q̄ q̄ pietatis speciem vpupe erga suos parētes senes seruare reperiuntur. Nam cuz vpupa sēuerit ita vt videre vl' volare nō possit pulli eius euellunt ei pennas suaues linūt oculos eius quibusdam herbarum succis. z suis etiam fouent sub all donec plume creuerint z clare viderit. in quo exemplo innuitur. q̄ filij a parentib⁹ senibus vel infirmis debēt quantum possūt mala z molesta remouere. curas necessarias eorum infirmitatib⁹ adhibere. ob sequijs propijs z personis ꝓfouere siue seruire. nec eos deserere debent quousq̄ eos viderit suis obsequijs vel auxilijs ꝰ amplius indigere.

¶ Capitulum. xxxi.

Flagellum tribulatiōis z afflictiōis aliquando etiā ter renos z lascīuos cōuertit i fructuosas spirituales vitas. qō ostēditur per exemplum in apibus. Dicūt enī experti. q̄ apes sepe de boum cadaueribus generantur. Dū enim vituli occidūt carnes verberantur. z sic de putrefacto cruore vermes generantur qui recepti alis apes efficiuntur. Quid autem p bones vel vitulos nisi terrenos homies accipimus z superbos. Boues enī terram arāt. z vituli siue tauri ceruicosi sunt siue indomiti. sed occiduntur bouel vel vituli z carnes verberantur. quia dum tales tribulātur a mundo vel verberāt in carne idest corpore infirmātur. extinguitur auaritia z superbia iugulatur. Occisi autē vituli vermes gignunt. quia extincto superbie spiritu humiles fiunt: qui alis receptis apes efficiuntur quia pennis virtutum ornati tam in contemplatiua q̄ i actiua vita perfituntur. Apes enim z volando se subleuant z alijs mella fructificāt quia videlicet viri sancti z in altum p contemplationez ascēdūt z alijs melliflua opera vel etiam verba fundunt Eccli. xi. Bcenis in volatilibus est apis z unitum dulcoris habz fructus illius. Apis breuis est homo humilis. qui ē breuis p humilitatem volatilis per contemplationem. dulcoꝛosus z fructuosus per pietatē subuentionem. ¶ Capitulum. xxxii.

Fraudulentia demonū vel hereticorum assimilatur p dicī. Est enīz perdix fraudulenta auis quia ova rapiēs alienā fouet ea. sz ō hac fraude sua nullum suscipit fructum sed damnū quia perdit laborem suum. Maz pulli nati mox vt vocem ꝓprie genitricis audiunt putatiuam matrez penitus derelinquūt z ad veram matrem accedunt vt dicit Ambrosi⁹ Hiere. xvii. Perdix fouit que non peperit. Sic etiā diabolus vel hereticus quasi aliena ova rapit dum sancte ecclesie filios callide decipiens ad se trahit. Sz frequentius laborat in vanum quia frequenter sic decepti. dum veram z catholicam audiunt ecclesie vere matris doctrinam perfidiam vel peccatum relinquūt. z ad veram matrem ecclesiam accedunt vel ad diuinam gratiam per veram fidem vel penitentiam redeunt. Joannis decimo. Oues mee vocem meam audiunt z ego cognosco eas z sequunt me. ¶ Item fraudulentus z hypocrita assimilatur pisci polypo. q̄ est fraudulent⁹ piscis. Nam vt dicit Ambrosius polyp⁹ i vadoso litore petre alicui se comungit: z ita illi inheret vt tā colozis similitudine q̄ figure petra quidem vl' ipsius saxi pars aliqua esse videatur. Unde pisciculi decepti dū sub ipso tanq̄ sub lapide vel saxo latere volūt postq̄ i gressi sūt latibulū corporis sui eos polypus intercipit z deuorat z deglutit Huic ergo pisci assimilat fraudulentus z nequam qui alteri adhereus z huius modū z moꝛes assumit. z se conformare studet. vt de eo magis ꝓ dātur z facilī⁹ decipiat. z de talib⁹ dixit christus. Venient a d vos in vestimentis ouium. Vel talis est hypocrita q petre idest christi i exteriori apparētia speciē p tēdit. cū tamē sit piscis vorax. ¶ Itē fraus

ãulentus homo ãssimilatur cãcro qui volens comedere ostreas cum propter duras testes quibus clauduntur nõ valeat obseruat tempus. s. quãdo ostrea radijs solis se aperit. s. tempore quieto a ventis ⁊ tunc vt ostrea recludi non valeat clanculo aliquem lapillũ accipit ⁊ latenter immittit, post quod imiſſa secure tela siue brãchia ipsam diripit ⁊ comedit. Hunc ergo similis est homo fraudulentus q̃ quẽ superare nõ potest callida fraude decipit ⁊ de eo erũna se pascit vt dicit Ambro. Psal. Sicut nouacula acuta fecisti dolũ.

¶ Capitulum. xxxiij.

GArrulus ⁊ gulosus hõ assimilat graculo qõ patz ex eius cantu. Nam cantus eius q̃dez est eius garritꝰ Vñ sicut dicit Basilius a garrulitate vocis graculꝰ est dictꝰ. Hõ aũt q gulositati studet post cibũ rumores libẽter refert libẽter detrahit. ⁊ nõnunq̃ ꝓcredit. Vñ talis nõ imerito designat in graculo. ¶ Scõ patet ex trãsitu siue volatu q̃ graculus in siluis degens de arbore vna in alias garriẽdo trãsit ⁊ hoc est q̃ homo garrulus de his cũ quibꝰ habitat etiaz turpia que de eis nouit aliq̃n enarrare nõ cessat. ¶ Tertio ex ꝓspectu. q̃ cũ graculus aliquam auez trãsire aspicit garrit ⁊ cũ aliquos ocultos reperit similiter facit. Quia. s. garrulus homo non tantum detrahit secularibus sz etiã eis quos religionis occultat locus.

¶ Quarto ex affectu q̃ aliquãdo graculus captus claudit̃ vt articulata verba loqui doceatur. Similiter aliquando garrulus secularis cũ ad cõuersionẽ venit ⁊ religionẽ ingredit verba religionis addiscit. vt lingua volucris lingua loquatur hominis. i. vt qui inordinate loqui cõsueuerat ordinate loqui deinceps assuescat.

¶ Quinto in exitu. Mã aliq̃n ꝓtingit q̃ graculus q̃ tenebat clausus de ipsa clausura exiẽs liber euadit. ⁊ qui priꝰ garrulus fuerat p egressionẽ magis clamat. Et eodẽ mõ garrulus cũ vitã religiõis arripit vix linguã suam deserit. Sed si forte relicto habitu foras exierit bonum religionis in malum garriendo. s. detrahẽdo cõuertit. De tali ergo persona dicitur. Prouer. vij. Garrula ⁊ vaga q̃etis impatiens.

¶ Capitulum. xxxiij.

GRatia celesti nõ reficit anima nisi q̃diu est a peccatis mũda quod patet exẽplo corui. De qbꝰ glosa dicit sup illo ps. Qui dat iumẽtis escã ipsoꝝ ⁊ pullis corui inuocãtibꝰ eũ. q̃ q̃diu pulli corui hñt plumas albas a parẽtibꝰ relinquunt ⁊ tũc rore celesti pascunt: qñ aũt nigrescere incipiũt tũc corui eos pascũt. Quid autez sunt pulli pluma albi nisi homines mundi corde: hi celesti rore pascunt: qz celestis gr̃e pinguedine nutriunt. sz nigri sci pascũtur a corui. qz petis obscurati a demonibus reficiunt. ¶ Itẽ gr̃a celestis cautelã ⁊ fortitudinẽ ꝓstat ꝓtra ꝓsperitates ⁊ ꝓtra aduersitates. Legitur. n. de gallo si qs eiꝰ pinguedine inunctus fuerit a pantheris ⁊ leonibꝰ tutꝰ erit. Poterit enim christus p gallũ nõ incõgrue intelligi q nos in noctis nr̃e caligine excitat atq; solicitat voce doctrine sue. Est ergo pinguedo galli gr̃a ipsius xpi cuiꝰ. s. sacratissima ipsius vnctio. de qua dicit Johãnis. ij. Vos vnctionem habetis a sancto. taz contra pantheres maliciaz q̃ leonis scientiã nos defendit Aduersarius nãq; malignꝰ vl nos tentãdo delectabilibus allicit: pantheres vz more que os aperiẽs odore alalia attrahit que defurare cupit vel eos persequendo aduersitatibus frangit. sicut leo seuiens ⁊ rugiẽs circuit querendo quem ipse comedere possit. Sed galli vnctio abutroq; defendit. qz. s. christi gratia ⁊ cautos nos facit in ꝓsperis ⁊ fortes ac itrepidos in aduersis ⁊ iõ hãc galli pinguedinẽ ps. petebat dicens. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat aia mea. ¶ Itẽ gr̃a dei nõ respicit quẽ finalis ipenitẽtia ad mortem eternaz ducit. cui manifestũ exemplũ apparet in caladrio. Nam caladrius vt Aris. dicit albi coloris est nihil nigredinis habens. cuius natura est talis q̃ quãdo q

grauj infirmitate detentus fuerit ſi egri-
tudo ad mortem fuerit caladrius ab eo
facem ſuā auertit. ⁊ tunc homo de mor-
te certus exiſtit. Si aūt infirmus curādus
ſit. ⁊ tunc viſum in ipſum figit ⁊ quaſi ap
plaudens in eū intendit ⁊ differt iſte cala
drius a caládra que eſt auis canora ſicut
dicit Gloſa ſup Deu. xiij. Hec ergo auis
totaliter alba eſt ſpiritusſancti gratia. que
eſt munda ⁊ nullius nigredinis. i. culpe
admixtione infecta. Quaſi autez infirm⁹
grauiter omnino morituꝝ homo de-
ſperatus eſt ⁊ finaliter impenitens ad e-
terne mortis ſupplicium peruenturus
vnde ſpiritusſancti gratia hūc nunq̄ re-
ſpicere poteſt quia finali penitentia ⁊ re-
miſſione caret. Ipſa etenim eſſe dicit ſpi
ritusſancti blaſphemia que neq; remitti-
tur in hoc ſeculo neq; in futuro. prout
Auguſt. exponit in libro de verbis domi
ni. Vnde. j. Joh. v. Eſt peccatum ad mor-
tem pro iſto nō dico vt roget quis. Qua
ſi autem infirmus curandus eſt ipſe pec-
cator penitentiam agens in quem reſpe-
ctus diuine gratie letanter ⁊ perſeuerant
intendit quousq; ipſum a peccatis pur-
gando ad plenam ſanitatem perducit.

¶ Capitulum xxxv.



Oloſus ⁊ ventri deditus
ocioſus eſt ⁊ ad cōtempla-
dum ineptus. Quod patet
exemplo cygni. Nam cy-
gnus eſt multe carnis. ⁊ ıō
quietem diligit ⁊ raro vo
lare contēdit qz ponderoſi eſt corporis.
Illi autem multe carnis ſunt qui multā
de ſuo corpore curā gerunt. ⁊ hi quietez
ocij diligunt ⁊ inſuper ad contemplatio-
nis volatum minime apti ſunt. Mā cor-
pus quod corrumpitur āc. vt dr Sapiē.
ix. ¶ Item guloſi ⁊ voluptuoſi aſſimilan
tur locuſtis. Nam locuſta quaſi tota ve
ne eſt. ⁊ ideo inſatiabilis eſt. Os habet ōy
drangulatum ⁊ hz vnum inteſtinū qō fa
me ⁊ immundicia ſemp eſt plenū ḡdiu vi
uit ſemper eſurit. ⁊ ſiquid viride inuenit
rodere non deſiſtit. Similiter quidaz gu
loſi ſic totaliter ſunt dediti ventri q̄ nil
preter ventrem ſuum eſſe videntur. Vñ
de Apo. de talibus dicit ad Phi. iij. Quo
rū deus venter eſt ⁊c. Tales inſatiabiles
ſunt qui vno prādio habito ita ſolicitāt
de alio p̄io. xxx. Venter impiorum inſa
tiabilis eſt. Os etiam habent quadrangu
lum quia quattuor modis offendunt in
cōmedendo cibum. ſ. vel quia ſumunt ſu
perfluum. vel quia querunt cibū delicatū
⁊ pretioſum vel qz nimis curioſe paratū
vel quia ſumūt per modum mordinatū
vel nimis ardenter. vel qz preuenunt tē
pus. ¶ Item eoꝝ inteſtina quando ſunt
refecta ſunt plena imundicia ſed quādo
ſunt ieiuna. i. vacua ſunt inedia ⁊ fame
cruciata. ⁊ qz ſemper circa cibum intēdūt
quicquid ſibi gratum inueniunt habere
⁊ comedere ſatagunt. ¶ Item guloſi qui
dam aſſimilantur muſis. Nam muſus
propter guloſitatem imundis veſcitur ⁊
pro modico ventris paſtu tota die circū
fertur. Sic aliqui guloſi ſunt qui propter
gulam que alijs vel inconſueta ſunt vel
imunda cōmuniter vidētur auide come
dunt. vt carnes canum vel ſerpentuꝝ vel
ranarum ⁊ huiuſmodi que propter imū
diciam ſuam cōmuniter in vſu non ſunt
Et inſuper etiam aliqui modo muſi cir-
ca coquinam ⁊ cacabum tota die circunfe
runtur p̄s. Famem patientur vt canes ⁊
circuibunt ciuitatem.

¶ Capitulum. xxxvj.

Eretici vl hypocrite ſicut
decipiunt alios ex aſpectu
ſanctitatis ſimulate ita quo
q; eos ſubuerrunt ex affa
tu falſe doctrine ſeu locu-
tionis falſitate. Vnde aſſi-
milantur ceto. i. piſci balene. de quo dicit
Jorach in ſuo libro de animalib⁹. q̄ ma
xime quando ſeneſcit ꝓpter magnitudi-
nem corporis adunatur puluis in dorſo
eius. ⁊ condenſatur in tantuꝝ q̄ herbe ⁊
fructices ibi creſcunt. ita vt inſule ſimi-
lis videat. ad quē ſi nauigantes ſcante ap
propinquāt ſine periculo vix euadūt. nā
aquā in tāta quātitate de ore eiicit ſuper
nauem q̄ aliquādo eam ſubuertit. Sicut

ergo cet⁹ ex aspectu simulato attrahit siue decipit. ⁊ aqua ex ore missa lignū nauis subuertit. Sic etiaꝫ hereticiꝫ vel hypocrite plurimū ex aspectu attrahunt alios simulata sanctitate. Sed mētium naues aqua oris subuertūt. i. doctria ⁊ exhortatione falsitatis. Vnde de eis dominus dixit ℳat. vij. Attendite a falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autez sunt lupi rapaces.

¶ Capitulum. xxx vij.

HUmilitaꝫ virtus nasciturꝫ in spiritu. dum infirmitas ⁊ corruptio carnis ad memoriaꝫ reuocatur. Cuius exemplum apparet in ceto. ꝺ quo dicit Jozach. ꝙ abūdat in spermate. ⁊ post coitum eius quod superfluit supenatat. quod collectū deficcat. ⁊ in ambre lapidis substātiā cōuertit. Quid ergo in supfluo spermate nisi carnalis corruptio peccati designat? Cuius deficcatio est eiusdem peccati penitudo. Cū ergo carnis corruptio deficcata colligitur. quando cum mentis penitudine ad memoriam reuocatur. Et tunc mollicies spermatis in solliditatez cōuertit lapidis. qꝛ ex compunctione corruptionis carnis nascitur humilitas mentis q̄ dum mentem tangit ambre soliditatē pretendit. Sic dauid ex cōsideratione sue iniquitatis deductus est in compunctionē humilitatis dicens. Quoniaꝫ iniquitatē meam ego cognosco ⁊ peccatum meū contra me est semper. Tibi soli peccaui ⁊ malum coram te feci vt iustificeris ꝛc. ¶ Jtē humilitas confirmat animū hominis ꝑtra fluctus superbie ⁊ mundane vanitatis. Vnde assimilatur cuidam pisciculo q̄ hechinus vocatur qui quidem est paruꝰ piscis ⁊ vix semipedalis in longitudinē ab herēdo sic dictus. co ꝙ ls sit exigui corporis est tamē admirande virtutis: Nam nauis cui adherer ls feruēte mari multe procelle seuiant tamen quasi radicata stare videtur. nec aliquo modo mouet. Similiter humilitas cordis ꝯuis hominez apud se faciat parue reputatōis reddit tamen imutabilem nauem mentis a vento procelloso superbie ⁊ fluctibus vanitaꝫ Eccli. xv. Firmabitur in illo ⁊ non flectet ⁊ ꝓtinebit illū ⁊ nō ꝓfundet ꝛc. ¶ Jtē humilitas mētis maxime eam perspicacem reddit ad contemplationem diuine claritaꝫ. sicut econtra superbia hebetem eā facit. Cuius exemplum est sicut dicit Anicē na qꝛ oculus aquile paruus est. ⁊ tamen ad videndū lumen solis ꝑspicacissimus ⁊ econtra oculus noctico:acis magnus ē. ⁊ tamen lucem solis intueri nō pōt. oculus ergo anime mens est que quanto fuerit humilitate minor. tāto erit ad diuine lucis claritatem contemplandam perspicatio r. sed quāto econtra fuerit superbie reputatione grandior tanto erit ad cōtemplandū obscurior. Vnde ℳath. xj. Abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudentib⁹ ⁊ reuelasti ea paruulis.

¶ Capitulum. xxx viij.

Mēostians ⁊ leuis hō filius est aui incarcerate que gesta scere non pōt sed semper per capitolaꝫ currit modo huc mō illuc. ℳiere. xiij. Hec dicit dñs ꝓpls huic q̄ dilexit mouere pedes suos ⁊ nō quiuit ⁊ dño non placuit. ¶ Jtem imperseueratia quorundam feruenter incipientiū ad similitur mutatiōi miliorum. Maꝫ minus in inuentute differre a prede anib⁹ nō videtur sed quanto plus viuit magis semper degenerem ostendit. Vnde ꝑm Aristotelem quoddaꝫ genus est mīui qō in principio aues capit tādē vix muscas ⁊ vermiculos capit. ⁊ demuꝫ fame perit. Tales sunt q̄ in iuuentute sunt boni ⁊ senectute efficiūtur peiores. Efficiuntur ēt miluo similes qui a suo cōuersionis principio aues capiūt ideſt sanctoꝝ virtutes imitari incipiunt. sed ab incepto feruore post modicū paulatim deficiētes vix muscas capiunt. i. vix minima quecꝫ bona facere satagūt. ⁊ tādem a gratia deficientes oīno deuotiōis spiritū totaliter amittūt. Et talib⁹ dicebat Apo. ad Gal'tij. Cum spū ceperitis nūc carne consummamini.

¶ Capitulum. xxxix.

Ingratitudo filios etiam excludit a paterna hereditate: Unde pelicanus auis. s. feminea que super filios suos a serpente occisos peussio pectore prio ad eos vinificandos sanguinē fundit. quo effuso sanguine in tñ debilitat ꝙ pulli prio cibo exire coguñt. Et illos pullos qui naturali affectu ipsam pascūt postꝫ resumpsit vires tenerrime diligit ⁊ solicite nutrit. Sz illos qui de ipsa tanꝫ degeneres nullam gesserunt curam tanꝫ ingratos deijcit. etiam secum viuere non permittit. Ex quo patet ꝙ grati filij a parentib⁹ nutriendi ⁊ diligendi sunt Ingrati vero etiam ſm leges a parentibus repelli ⁊ exheredari possunt. Unde etiam pelicanus iste xp̄m representat. qui in ps ait. Similis factus sum pelicano solitudinis. ipse enim homines quos creauerat tanꝫ filios ad imaginem ⁊ similitudinem suam a serpente antiquo veneno peccati occisos ꝓprio sanguine vinificauit. Unde gratos filios qui cū in suis pauperibus nutriūt finaliter secum ad suaz hereditatē admittet dicens. Venite vos benedicti. Ingratos autez ⁊ crudeles excludet dicens. Ite maledicti ꝛc matth. xv.

¶ Capitulum. xl.

Mertes ⁊ gulosi sunt dure castigandi. ⁊ a sua gulositate cohibendi. Mā apes vt dicit Plīs mertes dure castigant ⁊ cessantes ab opere morte condēnant. Et habentes magnū ventrē ⁊ qui nimis comedunt expellunt vel occidunt si possunt. Sic castigant mertes ⁊ vānant inutiles hoies etiā a deo ꝛc matth. xxv. Seruuz inutiles proijcite in tenebras exteriores. Similiter gulosi qui xp̄o dño non seruiunt sed suo ventri non solū expellentur a regno. sed etiā eterne morti deputabuntur supplicio. Dicetur eni homini gulosio ⁊ ventris delicijs dedito illud Apoxviij. Quantū glorificauit se ⁊ in delicijs fuit tñ date ei tormentū ⁊ luctū. ¶ Inter apes ergo nulla est ociosa sed quedā certant quasi in bello campestri ꝺ apes alie. quedā circa victū inuigilant. alie flores futuros explorant. alie ceras de floribus sugunt: alie cellulas nec rotundas nec quadras mira ꝓnexione ⁊ equalitate componunt. Et inter tam diuersa opera nulla alterius operibus insidiatur. nullo raptu victum querunt sed proprio labore conquirunt qō inter herbas ⁊ flores recolligunt. In quibus nos instruunt ocia fugare. in officio vel opere sibi congruo quēliber laborare nulli in suo opere vel commodo insidias parare. non vi rapine. sed suo labore victum sibi procurare. Item munditias in omnibus operibus amare. Nam inter flores ⁊ mundas herbas ipe vt dictum est colligunt fructum suum.

¶ Capitulum xli.

Innocentium persecutores crudeliores sunt beluis marinis: dicit. n. Jorath in libro suo de animalib⁹ ꝙ delphini sentiunt per odores si homo mortuus in mari vnꝫ comedit de delphino. ꝙ si comedit ipsum comedunt. si autem non comedit ipsuz ab alto ꝓ piscium morsibus custodiunt. ⁊ cum ad litus perducunt Ecce igitur ꝙ belue maris quāꝫ vindicent receptam iniuriā non tñ persequuntur sed tuentur innocentiam. sed tñ humana crudelitas tanta est vt qñqs atrociter ledat eos a quibus nullam iniuriam vel lesurā vnꝫ recepit. Unde Isopus dicit. Nocēt innocuo nocui cūmqs nocendi. Inuenītur.

¶ Capitulum. xlij.

Inobedientie culpam esse acriter puniendā exemplo suo apes oñdunt. Mā apes que regi non obediunt de se ipsi vltionem expetunt. ⁊ aculeis sui vulnere se occidunt. Multo ergo magis qui celestis regis mandatis inobedientes fuerint puni

ꝑfit aculeū in ſua corda infigere.⁊ ipſam inobediēte culpam in ſemetipſis extinguere. Et quanto fuerit inobedientia maior.tanto ad ipſam extinguendam requiritur acrior dolor. Habet enim inobedi ētie culpa gradus ſuos Ibiq; eſt grauior cuiuslibz inobediētie actus ſ vbi piculoſior eſt contēptus.grauius eſt peccatū deo nō obedire q̄ homini.niſi i hominis ꝓcepto dei ꝓceptum includat.grauior etiā inobedientia eſt vbi maius ꝓceptum cōtemnit ꝓeminet enim ꝓceptū ꝓcepto.q; ꝓferur dilectio dei dilectioni ꝓximi grauior eſt etiam inobedientia in qua preciꝓiēt̄ perſona contemnitur q̄ vbi cius mandatum tantum reſpuitur.i. Reg. xv. Peccatū ariolandi eſt repugnare ⁊ q̄ſi ſcelus idolatrie nole aquieſcere. Silēs enī ſunt cu pe idolatria ⁊ inobediētia.q; vtra q; ex dei contemptu eſt ꝓcuctēs.non tū eq̄les ſunt.ſed eſt idolatria grauior.

¶ Capitulum. xliij.

GRatia dei assimilatur medulle.¶ Primo ratione sue generationis:quia medulla in concauitatibus ossiũ generatur.Sunt autez cõcauitates ossiũ hũilitates mentium quibus solis gratia dei infunditur ſm illud Ja.iiij.Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiaz.Secundo ratione complexionis.quia medulla vt dicit Constan.est calida ꝛ humida.sic gratia dei est calida inquantum inducit ꝛ accendit charitatem.ꝛ humida inquantum emollit ad pietatem.facit enim eos in quibus est feruentes ad deum ꝛ pios ad proximum.Sap.viij.Apud deum nota est ꝛ apud homines.apud deꝫ scilicet per charitatem.apud homines per pietatem.¶ Tertio ratione irrigationis q̃ ossa irrigat ꝛ confortat ꝛ eorum frigiditatem temperat.Nam sua caliditate temperat eorum frigiditatem.ꝛ sua humiditate eorum siccitatem.Anima enim sine gratia est sicut terra sine aqua scz frigida ꝛ arida vnde.ps.Anima mea sicut terra sine aqua tibi.Sed gratia dei non solum sicut aqua tollit eis ariditatẽ.i.operis boni sterilitatem.sed etiã vt ignis vl sol tollit eis frigiditatem.i.constrictionem ꝛ immobilitatem peccati constringit ꝛ immobilitat sicut patet de frigore corporali in aqua congelata:vnde gratia dei multum confortat animam.Generat enim in ea secundum Bern.in ſi.de li.arbi.odium preteritorum peccatorum contemptum presentium ꝛ desiderium bonorum futurorum.¶ Quarto ratione nutritionis quia medulla vt dicit Constan.nutritur ex purissimis partibus ꝛ vnctuosis hũoribus.sic gratia dei nutrit ex purissimis operibus ꝛ deuotis orationibus Bern. super Cant.Gratia balsamum purissimum est ꝛ ideo purum ꝛ solidum ꝛ profundum vas requirit.¶ Quinto ratione mutationis q̃ medulla vt dicit Varro mutatur vt luna.Nam crescente luna ipsa crescit.ꝛ decrescente decrescit.ꝛ hoc tam in animalibus q̃ in arboribus patet quorum medulla in plenilunio augmentatur ꝛ in alio tempore minoratur.Per lunam igitur que est planetarum infima humilis intelligitur anima in qua secundum augmentum vel diminutionez humilitatis minuitur ꝛ crescit gratia salutaris.Quia quãto quis efficitur humilior tanto ꝛ gratia plenior.ꝛ quãto magis superbus tanto magis a gratia vacuus.vñ Bern.sup Cãt.dic.In veritate dicici nil eque efficax eẽ ad gram pmerendam.retinendam ꝛ recuperandã.q̃ si omni tpe coram deo inueniaris non altũ sapere sed timere.Altuz enĩ sapere ad supbiã ptinet timere vo ad humilitatem.ast hoc etiã facit qõ dicit Chrys.super epistolam ad Hebre.Aliqñ inquit plerisq̃ vitam habẽtes mũdam non accipiunt gram ne in superbiam eleuentur.ne inflentur ventositate tẽtãtie.ne altitudo muneris neglig̃entiores efficiat.Eccli.iij.Quanto magnus es humilia te in omnibus ꝛ coram deo inuenies gratiam.

¶ Capitulum.xxxj.

c

Vlositas ꝛ voracitas assimilatur gutturi.¶ Primo q̃ guttur est cibi ꝛ potus in stomachum inducti nũ.Habet enim guttur duplicez conca

uitatem. habet vnam ad attrahendu3 ae-
re3 ⁊ anhelitum perficiendū. ⁊ alia3 ad ci-
bu3 recipiendum. Et hec duplex via quo
dam operculo qō epiglotū dr distinguit.
Qō vtiq3 se hab3 in supficie gutturis ad
modū veltis ad vtrūq3 foramē gutturis
equaliter se hntis. Sicut igit guttur est ci
bi ⁊ potus receptiuū ⁊ stomachi impleti-
uu3. ita hō vocat ⁊ gulosus ad hoc prin-
cipaliter intendit vt cibū ⁊ potū accipiat
⁊ ventrē suū impleat. Vñ de tali hoie di-
ci consueuit. ipse est totus gula ps. Sepul
crū patens ē guttur. eoz. gl. pp voracita-
tē. Quia sicut sepulcrum aperitur ad su-
scipiendum cadauera. ita vorax semp in-
hiat ad cibaria recipiendū. ¶ Scdo quia
guttur est delectationis ciborū percepti-
uū. Est. n. delectatio cibi in modico tran-
situ gutturis. pp qō dicit Phs in Etḥ. q
gdam multinorax affectabat hre collum
gruis. s. vt diutius duraret cibi delectatio
ex longo transitu gule. Homo. n. gulosus
in cibo solam delectationem qrit non ne
cessitatē vel vtilitatem. ⁊ de talibus dicit
Apostolus Phil. iij. Quorum deus ven
ter est. ¶ Tertio quia deglutitio cibi vel
potus spiritus. i. aeris attractionem im-
pedit. Nam cum natura cibum deglutit
foramen anhelitus claudit. ⁊ aliud fora-
men ad recipiendum cibum aperit. cum
autem aerem attrahit foramen cibi peni
tus claudit. Nam si de cibo vel potu sub
intrauerit aliquid foramen aeris via spi-
ritus clauditur. ⁊ nisi a natura citꝰ repel
latur animal suffocatur. Nihil enim sic ti-
metur in omnibus passionibus gutturis
sicut amissio ipsius aeris a quo nō ꝓt aial
p. xx. partes vnius hore sine periculo ab
stinere. Sicut igit deglutitio cibi in guttu
re impedit spūm. i. aeris attractionem. ita
gulositatis delectatio impedit spūaliū cō
solationum perceptionem. Vnde apostō
lus dicit aialis homo. i. gulositas ⁊ volu
ptuositas nō percipit ea que sunt spiritꝰ
dei delicata est enim vt dicit Bern. diuina
cōsolatio ⁊ non datur admittentibus
alienam ¶ Item gule vitium quantū no
cet de anime ⁊ corporis salute pinguedo corporis. ¶ Primo quidem quia pin
guedo nimia ē pessimorū morborum ge-
neratiua. Nam sicut dicit Constan. Pin
guia corpora ⁊ nimia adipe plena sūt pes
sima ⁊ morbis pessimis ꝓparata. eo q ca
lor naturalis sepe in talibus suffocatur ⁊
via spūs pinguedine clauditur. ⁊ sic ad re
gimē corporis vt spiritus influat denega
tur. Et addit q corpora omnia pinguia, p
ter humorum superfluam abundantiaꝫ
incurrunt sepe imfirmitatem prolixam ⁊
tardissimam curam. Nam pondere pin
guedinis pressa non se exercitat nō labo
rat. ⁊ sic nec superflua mīnuuntur. nec cō
gelata pinguedo dissoluitur. Vnde calor
naturalis suffocatur ⁊ subito mors induci
tur nisi eis citius succurratur. ¶ Secun
do quia pinguedo est actionuꝫ anime sc3
sensus ⁊ intellectus impeditiua. Vñ Mier.
dicit q venter pinguis non gignit sensus
tenues ⁊ ideo abstinentia confert intelle-
ctui. ¶ Tertio quia est complemēti gene
rationis animalis tardatiua. Vnde dicit
in Anfonsiñ. q mulier nimis pinguis ñ
concipit si non macrescat eo q pinguedo
matricis semitam intercludit.

¶ Capitulum. xxxij.

Vmiles assimilant genibus
Primo quidem qr humili
tas est mr concordie ⁊ hoc
significatur in genibus. Qz
genua vt dicit Ysido. sunt
contunctiones femorum ⁊
crurum. Vnde sm eum femora extendū
tur ab inguinibus vsq3 ad genua. Per fe
mora autem possunt intelligi femine eo
q in illa parte femine discernuntur a vi
ris. p crura vo q fortiora sē ꝓnt intelligi vi
ri. vel per femora intelliguntur superio
res. per crura vero inferiores. Non igit
potest esse concordia siue inter feminas ⁊
viros. siue inter superiores ⁊ subditos ni
si mediante humilitate. Nam per humi
litatem superiores inferioribus inclinan
tur. Et iterum per humilitatem inferio
res superioribus obediunt ⁊ subduntur
Inter superbos vero econtrario semper
sunt iurgia. Vbi vero sunt humilitatis ge

mia ibi pacis ⁊ vnitatis concordia. ¶ Secundo quia humilitas ē soror sapientie. ⁊ hoc etiam signatur in genibus que infra fraternitate oculis cōiunguntur. Mas cuꝰ quis gignitur ita formatur vt genua sursum ad oculos teneantur. quorum cō iunctione foramina oculorum causantur. Et ideo est ꝙ dum homines genua flectunt facilius lachrymas fundunt.

¶ Item dum oculi coram iudicibus plorant genua se flectunt. Oculis autem assimilantur sapientes. quia genua oculis cōiunguntur. Et ꝙ ibi locantur oculi vbi genua infiguntur signat ꝙ vbi humilitas ibi sapientia vt dicitur Prou. xi. Et vtrū ꝙ est necessarium in compunctione ⁊ ad placandum summum iudicem deum scilicet sapientia que mentem compungat et ad flendum moueat ⁊ ex cognitione culpe ⁊ offense. Et etiam humilitas que mētem ⁊ corpus inclinet ad satisfactiones iustitie. ¶ Tertio quia humilitas est opposita superbie. Mas genua sunt vocata eo ꝙ in vtero sunt gentis opposita ⁊ a genis sunt genua dicta. per genas autē que sunt in superioribus locate et que maxillas continent conterentes superbi figuraſ cātur superiora petētes et alios per violentiam conterentes. Et sunt due genideſt duo modi superbie. vna est de spiritualibus. alia de temporalibus quibus opponūt duo genua. i. duo modi humilitatis. Primus est paupertas spiritus que est vt homo recognoscat se spiritualibus indigere et ea a se non. hꝫe alius est temporalium despectus. ¶ Quarto quoꝫ quia humilitas est amica abstinentie Mā per abstinentiam caro humiliatur sicut. Amb. dicit in hymno. Carnis terat superbiam potus cibiq; parcitas. Et hec abstinentia signatur in genibus que sunt de pauperata a carnositate et pinguedine ꝓpter motus continuationem. Nam multum carnosa ⁊ pinguia de facili oppilantur ⁊ sic actio virtutis sensibilis impediſtur. In quo etiam significatur ꝙ per abūdantiam ⁊ vsum deliciarū impedit ⁊ actio virtutis ⁊ cōtinuatio laboris.

¶ Capitulum. xxxiij.

Insipientes aliorum ⁊ incorrigibles sunt eradicandi. Cuius exemplum apparet i dolore dentium. quia secundum Auice. quando dens doloroſus non recipit omnino curam. quia quocunq; fomento mitigetur statiꝫ post modicum ledit ⁊ redit etiam alios dentes. propter illud qō ex ipso transit ad eos ⁊ non inuenitur via ad eius rectificationem. tunc cura eſt sola eradicatio. Sic cum homo est malus ⁊ non recipit curam. i. correctionē qr dato ꝙ verba aliqua vel pena ad modicum cohibeatur. statim tamē reddit ad ꝓstinam malitiam imo etiam alios inficit ⁊ trahit. Tunc etiam talis per mortem vel expulſionem est omnino eradicandus. Apls Gal. v. Abscindantur qui vos cōturbant. Et iterum. i. Cor. v. de fornicatore incorrigibili loquens dicit. Expurgate vetus fermentum. Vnde Hiero. dicit ⁊ habetur. xxiij. questione. iij. Secunde sunt putride carnes ⁊ scabiosa ouꝫ a caulis repellenda. ne totius corporis massa oues ⁊ pecora ab ea corrumpantur ⁊ putrescant ⁊ interreant. Augu. In alexándria vna scintilla fuit sed quoniam non statiꝫ oppreſſa est totam vrbem eius flamma populata est.

¶ Capitulum. xxxiij.

Infirmitas corpalis interdum preſeruat hominem a peccatis sicut pueri qbus in phibus capitis accidūt vlcera ⁊ apostēata ⁊ adest fluxus narium ꝓseruāt ab epilentia vt dicit Auicē. qꝫ sic purgatur humiditas cerebri. q; si nō purgaret ſduceret epilentiā. Sic etiam p infirmitatem corpis purgant ⁊ remouētur iterdū tētatōes ⁊ male diſpōnes mētis q; facerent hominē nisi sic purgaret ruere i peccatū. Sen. In firmitati mee gras ago que cogit me non posse qō non debeo vele Apls. ij. Cor. j. Virtus in infirmitate perficitur.

Capitulum. xxxv.

Immūdicie spirituales vicioꝝ assimilantur immundicijs corpalū morboꝝ. Nam i lege veteri reputabant imūdi leprosi ⁊ patientes fluxū seminis. Cadauer etiam hōis mortui reputabat imūdū ⁊ qcūqꝫ a tō im mūda tāgebant imūdi reputabant. Per immūdiciā ergo lep significabat immūdicia heretice doctrie. tū qr heretica doctrina ptagiosa ē sic ⁊ lepra. tū qr nulla falsa doctrina est q̄ vera falsis nō admisceat: sicut in supficie corpis leprosi apparet q̄dā distinctio q̄ndam macularū ab alia carne integra. p immundiciā vo mulieris sanguiſue designat immūdicia idolatrie pp immolantium cruoꝛē. Per immūdiciam autem seminiſlui significabat immūdicia vane locutionis eo p semen est verbum dei. Per imundiciam coitus ⁊ mulieris parientis designabat imūdicia peccati originalis. p imundiciaꝫ mulieris mēſtruatē designabatur imūdicia mētis p voluptates emollite. per imūdiciā vo cadauer cuiuscunqꝫ signatru imundicia peccati mortalis qō est moꝛs aie. Per imundiciā vo contactus rei immunde designat imūdicia consensus in peccatū alteri⁹. Vñ. ij. Coriñ. vi. ⁊ Isa. lij. Exite ō medio eoꝝ ⁊ sepmini ⁊ immundum ne tetigeritis.

¶ Capitulum. xxxvi

Impatētia toleradi vel sustinendi onera grauia precipue inueniuntur in accidiosis ⁊ voluptuosis ⁊ opulentis. Cuius exemplum est in dolore dorsi. Nam dolor dorsi ꝫ possit ex pluribus causari. tamen secundum Auicē. cause eius precipue sunt tres quia aliquando accidit propter frigus complexionis ⁊ phlegmatis crudi. aliquando vo propt multitudinem coitus. aliquando vo propter repletionem magne vene que est supra dorsum. Quia igitur dorso ferūtur onera congrue per dolorem dorsi impatientia accipitur incommoda ⁊ onerosa sustinendi. Nam cui dorsum dolet onus sustinere non pt. Sed frigus quod est huius doloris causa refertur ad accidiosos in quibus refriguit spiritus feruoꝛe charitatis expulso. Vnde in corporalibus ciꝛbis ea que accida sūt coiter frigida sunt. Coitus vero frequentia pertinet ad voluptuosos qui carnis delectatōes sequūtur. plenitudo autem vene magne pertinet ad diuites opulētos. qui domos pcinas habent temporalib⁹ diuitijs. In his ergo est dolor dorsi. i. impatiētia ⁊ impotentia grauia tolerandi. quia accidiosi ⁊ pigri non possunt pati laboriosa propt defectum caloris charitatis que facit omnia leuia. Voluptuosi non possunt pati penosa propter molliciem carnis quia est delectabilibus assueta. Sed opulenti diuites non possunt pati iniurioſa propter elationem mentis quam facit diuitiarum affluentia. Nam diuitie sicut dicit Philosophus in rethorica faciunt homines elatos ⁊ contumeliosos.

¶ Capitulum. xxxvij.

Imidia assimilat doloꝛi siue putrefactioni dentū. Vnde dicitur Prou. xiiij. Putredo ossium invidia. Dolor namqꝫ dentium secundum Auicē. causatur ex tribus quia causa dolorem faciens alicui quando est in ipsa substantia dentium: quandoqꝫ vo in neruo que est in radice eorum. quandoqꝫ vero in ginguta. vbi etiam quandoqꝫ fit apostēa ⁊ additio carnis nate ea in qua recipitur materia que omnia sunt doloꝛis dentium causa. In his ergo designatur triplex causa tristicie seu doloꝛis invidoꝛum. Nam aliquando invidet vnus alteri de personali bonitate. aliquando vero de honoris dignitate. quandoqꝫ vero de lucri vel diuitiarum prosperitate. Quando igitur doloꝛ invidi est de persona tunc est velut doloꝛ dentis radicatus in substantia. Quādo vero de dignitate vel honoꝛe. tunc est sicut doloꝛ proueniens ex neruo. Vñ quasi radix dentis est virtus probi homi

mis cui neruus coniungitur quia virtutem probi hominis sequitur premium honoris. vnde neruus radicis est honor virtutis. ex quo sequitur dolor dentis. i. tristitia inuidentis. Quasi autē gingiue que dentes circundant ⁊ vestiunt sunt tē porales diuine quibus homines circundantur ⁊ fulciuntur quibus quandoq; tungitur apostema. i. putrefactio inuidie quia scilicet precipue diuitibus ab aliis inuidetur. vel tūc apostema nascitur ex gingiuis. quando auaritie vel superbie pestis nascitur ex diuitiis. quandoq; ēt caro adnascitur scilicet cum filij generantur. que omnia sunt dentibus. i. ipsis inuidentib⁹ cause doloris ⁊ tristitie. Est enim inuidia tristitia in alienis bonis prout ꝑbs dicit.

¶ Capitulum .xxx. viij.

QVi ⁊ perfecti viri assimilantur epari. ¶ Primo quidem quia epar est stomachi suauitium. Nam in epate sunt quedam extremitates que dicūtur fibre que sunt vt quedam eminentes lingue q̄ bus epar amplectitur stomachum ei calorem exhibens ad digestionem cibo⁹. stomachus ergo qui tonus corporis communi vtilitati deservit representat nobis ipsam rem publicam siue cōmune bonuz q̄ō sancti ⁊ iusti viri precipue amplectuntur ⁊ fouent. siue linguarū consultatione siue cuiuslibet fauoris calore. Communia enim ꝓprijs iusti viri ⁊ non propria cōmunibus añponunt. ¶ Secundo q̄ ē puri ab ipuro separatiuū. In epate. n. fit secunda digestio ⁊ separatio ⁊ depuratio cibi prima facta est in stōacho. Epar. n. succositatem prime digestionis per quasdā venas in suam concauitatez trahit ⁊ p ebullitionem fortioris caloris celebrata digestiōe siue depuratione. secūda in massā sanguineam ⁊ quattuor humo⁹ materiam illā conuertit. Cui⁹ digestionis ipuritas emittit p vrinā q̄ minciū sumit ab epate. sed i reubus cōplemētuz vbi sibaz recipit ⁊ colorem. Et ide per poros vtriclos trālmittitur ad vesicā. Ex ipsa ät massa sanguinea que est quattuor humo⁹ materia quod calidum est ⁊ humidum transit in materiam sanguinis cuius receptaculum sunt vene. licet secundum ꝑbm formatio ei⁹ sit a corde. Quod autem calidum est ⁊ siccum transit in materiam cholere. cuius receptaculum est cista fellis. quod autem frigidus ē ⁊ siccum transit in materiam melancolie. cuius receptaculuz est cistula splenis. Quod autem frigidum ⁊ humidum transit in materiaz phlegmatis cui⁹ receptaculum proprium est pulmo. Digestio ergo epatis que purum ab impuro secernit est viri iusti compunctio qua a quotidiāis maculis sepe purificare se satagit. ⁊ hec est secūda digestio siue depuratio. Nam prima est a mortalibus per penitentiam. hec autem secunda est a venialibus per compunctionis iustitiam. ex q̄ ät quattuor hūores proueniunt. q⁹ quattuor compunctionum sunt genera quibus viri iusti meus vehementer afficitur sicut dicit Grego. in ℳoral. sez vel quando ꝓsiderat vbi fuit sez i peccato. vel quādo respicit vbi est scilicet imūdo. vel quādo attendit vbi erit sez in iudicio. vl quādo pensat vbi non est. s. in celo. Istis considerationibus viri sancti ad fletum prouocant. ⁊ lachrymando ⁊ flendo ab omni ꝑ puritate purgantur. ¶ Tertio quia epar est multarum passionum susceptiuum. Nam epar aliquando patitur ex nimia caloris incēsione. quandoq; ex pororuz nimia apertione. ⁊ per consequēs calorꝭ euaporatione. ⁊ aliqñ ex infrigidatione propter quā hō sepe hydropisim incurrit q⁹ nihil ē aliud hydropisis nisi error digestiue virtutis i concauitate epatis. hec ergo cauenda sunt multuz iustis ⁊ spūalibus viris. Primo caloris nimia incēsio. i. discreti feruoris ꝓsūptio. Scō pororū. apertio. i. sēsuū circa exteriora nimia patefactio ⁊ occupatio. vel suarū virtutuz ostētatio. ¶ Tertio caloris euacuatio. i. seruoris spūs p negligentiam diminutio. ¶ Quarto nimia p accidiam infrigidatio est ēt sūme vtūda. superbie tūefactio. q̄ ē

hydropisis inflatio. Vnde superbienti dicitur Job. xv. Quid tumet contra deum spiritus tuus.

¶ Capitulum. xxxix.

Quenum vicia corrigũtur facilius ꝙ prouectorum. Cuius exemplum apparet in epilenticis. Nam epilentia: vt dicit Auicen. accidit infantibus ⁊ pueris ante pubertatem ⁊ post pubertatem etiaꝫ accidit adolescentibus. Sed ab infantibus ⁊ impuberibus si in regimine eorum fit rectitudo remouetur ⁊ non remanet. Sed si accidit adolescentibus precipue post. xxv. annũ ñ remouet ꝫ remaet vsqꝫ ad mortẽ sicut dicit Ipoc. Sili' vitia morꝫ a iuuenibus si bene regantur facilius remouentur sed si non bene regantur ita vt adolescant ⁊ crescant in prauis moribus perseuerant in eis semper. Prouer. xxij. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea.

¶ Capitulum. xl.

Labor penitentium assimilatur labori ⁊ exercitio corporali in quo attendenda sunt. v. Primo vt non sit nimis intensus vel remissus sed temperat⁹. Sic etiam labor exterioris penitentie non debet esse intensus ita vt naturam prosternat ⁊ corrumpat: neqꝫ debet esse remissus ita vt concupiscentiam ⁊ superbiam carnis non vincat. ⁊ talis est labor militum christi de quo Apostolus ait. ij. Thi. ij. Labora sicut bonus miles christi iesu. ¶ Secundo in exercitio corporali est attẽdẽda ẽlitas vt non sit nimis velox aut tardum: sic penitens non debet esse nimis velox per presumptionem: vt. s. statim credat effici summus ⁊ perfectus. Vnde dicebat beatus Berñ. nolo repente fieri sũmus: sed paulatim proficere volo: qr sicut deo placet verecũdia peccatoris. ita sibi displicet imprudentia penitentis. ¶ Item non debet esse tardus per negligentiam vel dilationem. Apostolus Roma. xij. Solicitudine non pigri. ¶ Tertio attendendus est tempus scilicet vt maxime fiat ante cibum vt superfluitates lubrice in corpore resolute per exercitium expellantur: ne cibus superueniens corrumpatur. Sic etiam purgatio ⁊ labor penitentie debet preuenire cibum eucharistie ⁊ expellendo superfluitates peccatorum ne ex cibo sacro superueniente ledatur. Post cibum etiam valet exercitium temperatum qr caloreꝫ augẽdo cooperatur digestiue virtuti: sic etiam per cibum eucharistie non est cessandum ab operibus penitentie: qr cooperãtur ad effectum. i. sacramenti profectum ⁊ operationem caloꝛem charitatis augendo ⁊ conseruando. ¶ Quarto attendendus est locus: qr aliquis locus exercitij corporalis est aquosus vt locus piscatorum ⁊ talis locus infrigidat ⁊ humectat. Talis est labor compunctorum ⁊ plorantiuꝫ qr infrigidat ardoꝛem carnis ⁊ humectat fletu ⁊ lachrimis. ps. Laboraui in gemitu meo. Aliquis vero locus exercitij est siccus ⁊ nemoroſus. vt locus venatorum ⁊ talis ratione discursus calefacit corpora ⁊ desiccat. Talis est labor abstinentium qui inflãmat mentem ⁊ desiccat carneꝫ. ¶ Quinto attendendus est corporalis exercitij siue laboris fructus de quo ait Fulgentius super illud Prouer. vltimo. Panem ocioſa non comedit. Honestus inquit labor est humane vite fida custodia. dormientis nature stimulus sopiti caloris lima superfluitatis consumptio. vitiorum fuga. morborum moꝛs languorum medicina lucrũ temporis. iuuentutis debitum adolescentie disciplina senectutis gaudium. salutis auxilium. nutrix omnium bonorum. destructrix vitiorũ ⁊ ocij inimica. Et addit ille. Ergo solus se ab exercitio retrahit q felicitatis gaudio volt carere. Omnia autem ꝟ propriissime competunt laboꝛi penitentium. Nam penitentie labor vitam anime custodit dormientem ideſt pigritãtem pungit. sopitum caloꝛem ideſt repeſtum amoꝛem incendit. superfluitates. i. excessus affectionum consumit. vitia expellit moꝛbos tentationum extinguit. lan-

gnoribus passionum medicina existit lucrum temporis idest meritum parit. ℔ debetur iuuenibus ne pigrescant ⁊ adolescentibus ne lasciuiant. ℔ labor portatus est gloriatio senum ⁊ saluatio animarum. ℔ omnia bona spiritualia nutrit. omnia mala destruit ⁊ tandem etiam talis labor ad eternam felicitatem perducit. vnde ḥi sūt labores de quibus dicitur Sapiēs iij. Labor bonorum gloriosus est fructus.

¶ Capitulum.xli.

QUi qualiter debeam⁹ labia ostendunt. ¶ Primo q̄ labia sunt dentium custoditiua. vt. ſalle qui vult loqui verba sua custodiat ad temp⁹ oportunum ℈ illud xxxix. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Hinc est q̄ ps petebat dicens. Pone domine custodiam ori meo ⁊ hostiuz circūstantie ꝛc. Hostium enim vt dicit Bre. neq; semper clauditur neq; aperitur. q̄ nec est semper loquendum neq; semper tacendum. sed vtrumq; discrete faciendū ¶ Secundo temperātiua q̄ labia sunt duricie dentium temperatiua. ⁊ ideo facta sunt mollia ⁊ carnosa. Sic verba predicantis debent esse talia vt mollificent vel temperent duriciam peccatoris. ¶ Item q̄ labia mollia vulciter respondentis tēperant iram furentis ℈ illud Pro.xv. Responſio mollis frangit iram. Et iterū Eccli. vi. Verbum dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos. ¶ Tertio q̄ labia sunt vocis articulate formatiua. Vox autem articulata est vox significatiua aliquē sensum exprimens. Et in ℔ instruimur vt loquamur verba pensata non autem verba otiosa ⁊ insensata vel stulta. ¶ Quarto q̄ labia sunt aeris frigidi vel calidi interceptiua. Nā aeri frigido vel calido se opponunt ⁊ ipsum retinendo depuratuz interioribus reddunt. In quo instruimur q̄ verba inflāmantia ad iram vel inducē tia frigus malicie qua homo retrahitur a bonis ſi audiamus non debemus referre sed potius nos opponere. ⁊ ſi referre oporteat puriora ea ⁊ placabiliora reportare. ¶ Quinto q̄ labia sunt virtutis interpretatiue ꝓpria organa ⁊ talia sunt labia doctoꝝ ⁊ expositorum qui sacras scripturas interpretant ⁊ exponunt. sicut de ipo dño dicit Lu.xxiiij. Qui interpretabatur illis in oibus scripturas. ¶ Sexto q̄ labia sunt pſionum anime. ſ. odij. amicitie. doloris ⁊ tristitie expressiua. Vnde dī q̄ tremor labiorum in freneſi in morbis acutis mortē pretendit. Talia autem sunt labia confitentiū ⁊ exprimentiū morbos viciorum ⁊ passiones malas aie sue. Vnde qui est in acutis morbis scilicet in grauib⁹ peccatis: ⁊ tremūt ei labia. i. ex timore aliquo vel verecundia confiteri obmittit incurrit mortē eternam. Pro.xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur.

¶ Capitulum.xlij.

MEmoria assimilatur vētri. ¶ Primo ratiōe receptionis. Est. n. venter nutrimenti totius corporis receptaculū. Vnde ℈ Jhiō. Venter dicitur q̄ venit per cum cibus ad totum corpus. Sic cibus spiritualis noticie qua ſpiritus nutrit in receptaculo memorie reponitur ⁊ locatur. Vnde ⁊ dispositio memorie dz esse vt dispositio ventris que est rotūda pp liberiorē cibo⁹ collocationem. ⁊ oblonga propter ipsius cum superioribus ꝓiunctionē. ⁊ diuersis pāniculis circūdata propter interioꝝ cōseruationē. Sic memoria tunc est bene dispoſita cū est rotunda. i. larga per capacitatem. ⁊ longa per diuturnitatē. ⁊ diuersis pāniculis. i. diuersis āminiculis fulta per studioſitatē. Sunt. n. quatuor ℈ plūs que iuuant hominē ad bene memorandum. ¶ Primuz est vt illa quorum bene vult recordari aliquo ordine disponat. ℈ est vt circa ea affectum adhibeat. tertiuz est vt ea ad aliquas similitudines nō omnino consuetas reducat. quartum est vt illa per frequentem meditationem repetat. ¶ Secundo ratione purgationis. Nam venter vocatur aluus sicut dici

Jā. qz cibū recipit ⁊ purgari cōsuevit. Sic
hō ⁊ cibus spiritualis doctrine suscipit in
memoria ⁊ se etiam purgare debet. ⁊ ista
purgatio peccati ex memoria nascitur. qz
dolor contritionis quo anima purgatur
dum compungitur ex peccati recordatio
ne concipitur Apoc. ij. Memor esto un-
de excideris ⁊ age penitentiam. ¶ Tertio
ratione conceptionis. Nam venter mu-
lieris vocatur vterus eo quod fetu ipleatur sed sicut ex vtero cōcipitur fetus car
nis ita ex memoria ideſt ex specie i memo
ria seruata concipitur verbum mentis qō
est quasi quedam proles ipsius ꝓs. Ex vte
ro ante luciferum genui te.

¶ Capitulum. xliij.

MEns hominis assimilatur
pectori. ¶ Primo quidem
qz pectus est duabus conca
uitatibus distinctum. Sūt
enim due concauitates in
pectore quibusdam inter
se pelliculis separate. ⁊ fuit necessaria ista di
uisio pectoris vt si flatus in vna parte ali
quo casu impediretur in parte alia serua-
retur ne anhelitu intercluso animal mo-
reretur. Due ergo concauitates pectoris
sunt due vires mentis. s. intellectus ⁊ affe
ctus siue voluntas. Et vtraqz necessaria
est menti ad conseruationem spiritus. i.
vite spiritualis. s. intellectus qui viuificat
per fidem ꝓs. Intellectum da mihi vt vi
uam. Et affectus qui viuificat per dilectio
nem. i. Joh. iij. Qui non diligit manet in
morte. Secundo qz pectus est mamillarū
fundamentum. Nullum autem animal
habet mamillas in pectore preter homi
nem ⁊ elephantem. vt dicit philosopus
in. ij. libro de animalibus. Quasi autem
due mamille quibus mens humana pro-
pinat exterius lac sapide doctrine sunt sa
pientia ⁊ eloquentia ⁊ ambe habent fun-
damentum in mente. Vel due mamille q̄
debent inherere pectori lactantis. i. men-
ti doctoris est peritia duorum testamento
rum scilicet legis et euangelij. Cantico.
vij. Duo vbera tua sicut duo hinnuli.
¶ Tertio qz pectus est quandoqz multis
passionibus subiectum. ⁊ passiones pecto
ris omnes sunt periculose multum pro-
pter cordis vicinitatem. siue patatur con
strictionem siue humoris consumptionē
siue nimiam humorum repletionem. siue
vocis rauceditem. siue apostemationes.
siue suffocationem. Pectus ergo quod
cor in se continet ⁊ deum in corde habet
omni diligentia est seruandum ne patia-
tur constrictionem auricie. neqz humo-
ris consumptionem propter defectus ele
mosyne. neqz humorum repletionem ꝓ
pter congregationem pecunie nec vocis
rauceditem per obmissionem laudis di-
uine. neque apostemationem per tumo-
rem superbie. neque suffocationem per
desperationem venie. Istis enim modis
patitur pectus corporaliter ⁊ similiter spi
ritualiter. Propter quod dum pro pecca
tis mea culpa dicitur precipue pectus per
cutitur ratione cordis quod in ipso con
tinetur. ¶ Quarto quia pectus congrue
est figuratum. Est enim pectus latus ⁊ ali
quantulum in medio eleuatum ⁊ ipsa ele
uatio animositatis ⁊ virtutis est signum.
Aues vt dicit philosophus. ij. li. de ani
malibus habent pectus acutum ad acres
dinidendum ⁊ maxime que sunt ad pre-
dandum. Vnde acuitas pectoris in auibꝰ
est signum generositatis. Qui ergo habet
pectus amplum ad deum amandum ⁊ ꝓ
ximum amplectendum ⁊ acutum ad om
ne malum quod occurerit repellendum
summe generositatis deferunt secum si-
gnum. ¶ Item mentis constitutio mora-
lis debet esse similis constitutioni corpo-
ris naturalis. Nam corpus humanū ex
quatuor elementis componitur ex qua-
tuor humoribus constituitur. Quatuor
elementa sunt. ignis. aer. aqua. ⁊ terra. Si
militer mens humana debet habere sua
elementa scilicet pro igne: prudentie clari
tatem. pro aere temperantie mediocrita-
tem. pro aqua iusticie puritatem. pro ter-
ra fortitudinis stabilitatem. Vel sicut ali-
qui dicunt vtitur mens humana ꝓ igne
intellectus subtilitate. pro aere conscien-
tie puritate. pro aqua ingenij mobilitate.

pro terra animi stabilitate. Habet etiam mens humana suos quatuor humores, qz pro sanguine vtitur dulcedine. pro colera rubea amaritudine pro colera nigra contristatione. pro phlegmate mentis cōpositione. Dicunt. n. Physici sanguineos esse dulces. colericos esse amaras. melancolicos tristes. phlegmaticos corpore cōpositos vt sit dulcedo in contemplatione. amaritudo de peccati recordatiōe. tristitia de perpetratione. cōpositio in emendatione. ¶ Item mentis compositio assimilatur phlegmati. ¶ Primo ratione residentie radicalis: quia phlegma debet habere sedē in pulmone per quem signatur discretio. qz sicut pulmo aerem attrahit ⁊ emittit. ita discretio qō bonū ē retinet ⁊ quod malum est expellit. In pulmone ergo est sedes phlegmatis quia compositio mentis beneficio tunatur discretionis. ¶ Secundo ratione proprietatis naturalis quia phlegma est nature frigide ⁊ humide. Compositio igitur mentis requirit frigus quo refrigeretur ab estu vitiorum ⁊ humorem compunctionis quo mundetur a sorde peccatorum. ¶ Tertio ratione efficacie animalis quia ex complexione phlegmatica sunt homines tardi obliuiosi ⁊ somnolenti. tardi ad operandum malum. obliuiosi ad effectum temporalium. ⁊ somnolenti per cōtemplationis trāsitum. ꝑs. In pace in idipsum dormiā ⁊c.

¶ Capitulum. xliij.

MOdestia siue moderatio ⁊ compositio morum ⁊ motuꝫ exterioꝝ corporis assimilant superalijs. primo quia superalia data sunt ad oculorum tuitionez. Vnde ⁊ pilorum multitudine sunt vestita vt sint oculis munimenta ad repellendum humorem a capite defluentem. Sunt ergo superalia oculorum munimēta ne quid nocium eis ab extra eueniat vt Jsi. dicit. Sic modestia ⁊ cōpositio extremoꝝ sensuū ⁊ mēbroꝝ valet ad custodiā mētiū: qz frequēter ex sensuū dissolutiōe subitrāt cogitatiōes male. Jere. ix. Intrauit mors ꝑ fenestras nr̄as ingressa ē domos nr̄as. ¶ Scdo qz superalia sūt ad decorez: qz nullus sine eoꝝ pūctia decorat. Sic modestia ⁊ cōpositio moꝝ reddūt hoiez in aliox ꝓspectu decoꝝ ⁊ gratiosuꝫ. vnde Amb. dicit in li. de officijs qz i modestia cōsistit pulchritudo viuēdi ⁊ ornat⁹ ad oēz actionem accōmodus. ¶ Tertio qz superalia sūt ad repūtationē. Dst. n. quādā vim latētē passionē aie idicātē: vt dicit. Aristo. in li. de aialiꝫ. qz cū fuerint superalia recta sicut linee ꝓtēdūt femineā molliciē vl animi lenitatem. Si vo fuerint demissa ⁊ nimis pressa signāt inuidū si vo fuerint elevata ⁊ in pilis pressa animositatē pretendūt. de pauperata vo a pilis ⁊ oblonga timiditatem. Si aūt fuerint spissa ⁊ pili lōgi excessum caloris important: si autem fuerint multe carnis ⁊ pauce pilositatis sensū duꝝ significāt ⁊ obtusū i mēbris ꝑncipaliꝫ dñanteꝫ: si vo pilis fuerit spoliata significant sanguinis corruptionem vt in lepr̄osis: aut nāle hūoris ꝓsumptionem vt in ethicis ⁊ silib⁹. aut meatuū oppilationem vt in cattratis. Sicut igitur dispositio superalioꝝ ꝑgrua vl icōgrua repr̄esentat bonā vel malā dispōnē interioꝝ. sic cōpositio seu modestia vl inordinatio ⁊ dissolutio exterioꝝ motuū siue moꝝ repr̄esentāt bonā vel malā dispositionē interioꝝ vel dissolutionem ⁊ inordinationem mētis. Vnde Eccl. xix. Amictus corporis ⁊ risus dentium ⁊ incessus hois enunciāt de illo siue bonus siue malus sit.

¶ Capitulum. xlv.

MOres scōꝝ assilat sōno ꝑ pria. ¶ Prio ꝑ quietis suauitatē qz nr̄oꝝ laboꝝ dormiēs meminit ꝑs tūc dulciter requescit. Et sic scī p sōnū mortē reqez a laboribꝫ captūt, ꝑm illū Apoc. xiij. Beati mortui qi dño morīūtur: amodo iā dicit spūs vt requescant a laboribus suis. Et ad eterne pacis dulcedinē puenīūt ꝑm illud. ꝑs. In pace in idipsum dormiam ⁊ requiescam. ¶ Secundo propt dormiētis firmitatez. qz dum homo dormit nullius aduersa

ri potentiam pertimescit. Sic sancti per somnū mortis de oium aduersantiū manibus eripiunt & eterne securitatis fiducia pfruūt: vñ dñs .Math.x. dicebat. Nolite timere eos q occidunt corpus: & post h non hñt amplius qd faciāt &c. Sic igit in h queniunt mors & somnus qz vterq; securitatez tribuit. sed in h differūt qz securitas somni est ex insensibilitate. sed securitas mortis ē ex libertate de qua. ps. Laqus contrit'ē & nos liberati sum⁹ Jo.xj. Si dormit saluus erit. ¶Tertio pp figure dormētis mutabilitatē. qz exterius videtur mortuus q maxime interius viuit & sic sancti cū mortui sunt sm carnē tunc vera vita viuunt. ps. Cū dederit dilectis suis somnuz ecce hereditas dñi &c.

¶Capitulum.xlvj.



Obedientes debēt assimilari crurib⁹ pp tria. ¶Primo quidē debēt obedire velociter & hoc significāt crura q̄ a currendo sunt dicta. qz p ea currimus et gressuz facimus vt significet obediēdi velocitas ps. Velociter currit sermo eius. tūc .n. sermo iperat⁹ currit velocit qñ ab obediente implet celeriter Bern. in li. de precepto & dispēsatiōe. Ver⁹ obedientes non p crastinat sz statim parat aures auditui. linguā voci. pedes itineri. manus opi & se totū int⁹ colligit vt mādatū pagat iperātis. ¶Secdo qz debēt obedire fortiter. sine retrahant ex operis dificultate. & hāc fortitudinē significāt crura. qz hūt ossa fortia & ēt sunt nervosa vt ad motū sint habilioza. Sic obedientes debēt esse ossei. i. fortes ad exequēdū & tolerādū grauia. & nervosi. i. durabiles ad ptinuādum difficilia Bern. in quodā sermone. In ipsa obedientie via cui fortasse aliqua dura & aspa occurrere pñt vt accipias interdū nōnulla q̄ licet salubria sint minus tū videntur. hec si molestē cepis sustinere si vindicare platū. si murmurare in corde. si ēt exteri⁹ impleas qz tubeā nō est vtus patientie sz velamen malicie. ¶Tertio debēt obedire dulciter quod significant crura quoz̄ ossa medulla sunt plena. vt medulle humectatione ossium ficitas irrigetur. Hec ergo medulla est interior devotio qua irrigati interius veri obedientes omnia vulciter & sine murmure exequuntur qz non obediunt timore sed amore. Grego. xū. Moral. Obedientia non seruili metu sz charitatis affectu seruanda est. non timore pene sed amore iustitie.

¶Capitulum.xlvij.

Occasiones peccandi assimilantur vmbilico propter tria. ¶Primo ppter nutritionem. Nam sicut dicit Gregorius. Vmbilicus est quo fetus in vtero alitur. sicut arbores p radices terre humore nutriuntur. Vnde vmbilicus sm Constant. ex venis & neruis & arteriis compositus est quo mediante ipse fetus sanguinem subtilem sibi attrahit & sugit. & per has arterias spiritum recipit. Sic etiam fetus peccati interius in mala voluntate conceptus per actiones exteriores nutritur & augetur & fouetur Ezech. xvi. Nō est precisus vmbilicus tuus & cetera. ¶Secundo propter situationem quia in vmbilico sita sunt genitalia mulierum sicut in lumbis genitalia virorum sm illud Job. xl. Virtus eius in lumbis eius & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. In hoc significatur quod mulieres sunt viris occasio peccandi & luxuriandi. ¶Tertio propter precisionem quia consuetudo est mulierum precidere infantibus vmbilicum. Sed nota quod vmbilicus vt dicit Constan. rumpitur iuxta matricem. dum fetus egreditur & cum fetu exit quod obstetrices ligant quatuor digitorum longitudine & ex hac ligatura fiunt rotunditates vmbilici postea precidunt eum. Sicut ergo vmbilicus stringitur & rumpitur & precidit̄. Sic peccatorum occasiones sunt stringende rumpende precidende. Occasiones enim peccatorum quādoq; sunt importune & tunc sūt per violentiaz rumpende. Quandoq; ve

vo sunt oportune ꝛ quasi necessarie. ꝛ tūc sunt per temperantiam restringende. qs̄ ꝙ vero sunt superflue ꝛ omnino nocte ꝛ tunc sunt penitus precidende. Dicit autem Hiero. super. xvj. Eze. quod necesse est infantibus primo ortis. vmbilicus precidi. ¶ Deinde ad abluendum sanguinem aq̄ lauari. ¶ Tertio humore eorū sole siccari. ¶ Quarto tenera corpora pāms strigi ne membra fluxibilia delarētur. Sic ab homine per penitentiam nouū generato primo precidendus est vmbilicus idest auferenda omnis occasio peccandi. deinde lauari eum oportet aqua lachrymarum tertio sole idest feruore spiritus ꝛ amoris desiccandus est humor noxius idest fluxibilitas ꝛ habilitas ad peccandū. ¶ Quarto restringendus est ligatura abstinentie ꝛ continentie salutaris.

¶ Capitulum. xlviij.

Opera humana assimilant manibus propter quatuor. ¶ Primo propter numerum. Sunt enī due manꝰ s. dextra q̄ signat opus bonū. ꝛ sinistra q̄ signat opus malū. Matth. v. Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. vt. s. sit opus pure bonū cui nihil admisceat malū. Pertiet ergo ad dextrā operari liberaliter qz dextra a dādo est dicta. ¶ Ihē cōcordit q̄ ipsa i signū pacis dat. ¶ Ihē fideliter ꝛ salubriter. quia ipsa fidei ꝛ salutis rectus adhibet vnde in veteri testāmēto habēt ꝙ petebāt dextras sibi dari ꝛ apostolus gal. ij. Dextras dederunt mihi ꝛ barnabe societatis. ¶ Item operi feruenter. Est. n. manus dextra fortioris caloris ꝛ maioris siccitatis q̄ sinistra ꝛ ideo ad operādū est habilior q̄ sinistra. Mala aūt opatio nō ē faciēda qz potius dimittēda. Vnde sinistra a sinēdo vel sine dextra dicit. qz. s. opus malū est ꝙ debita rectitudine caret q̄ in dextra signat. Posset. n. vtraq; manꝰ accipi in bonū. Maz qz manus dicitur quasi munus. ideo dupler manus duplicis muneris signat dationē. Est enī munus spirituale cuius datio refert ad dextrā. temporale cuius datio refertur ad sinistrā. Habet igit hō dextrā. i. spiritualem gratiam ad porrigendum elemosynas spūales. Et sinistrā idest potentiā ꝛ virtutem ad porrigendas temporales. Prouerbiorum. xij. Longitudo dierū in dextra eius ꝛ in sinistra illius diuitie ꝛ gloria. Quāq̄ enī elemosyna spūalis manu non porrigatur ad dextrā tamē refertur. corporalis ad sinistrā. qz spūalis elemosyna est potior corporali. Nam illa. s. corporalis sustentat corpus mouturum sed spiritualis animam in eternum victurā. Vnde signanter dixit Salomon. Longitudo dierū in dextra. qz. s. elemosyna spiritualis anime subuenit que nūq̄ esse desinit. Vnde potior est corpali sic̄ dextra manꝰ potior est sinistra. Posset etiā dici ꝙ dextrā manū hz q̄ bene operat in ꝓsperitate. sinistrā vero q̄ operat bene i aduersitate. Quidā aūt fūt ambidextri sicut dicitur de gabaonitis Iud. xx. q̄ erāt ita sinistra vt dextra pliātes. Et ist is assimilant quidaz q̄ tā in aduersitate q̄ in ꝓsperitate fortiter operant. ¶ Scō ꝓpter motū. Nam manus vocant. qz aperiunt ꝛ claudunt. qz extensa manus vocat palma ꝛ dicit ꝙ sinistra vel palme ab expāsis ramis. i. digitis. Clausa vero manus vocat pugnus. ꝛ dicitur pugnus a pugillo. In h ergo docet nos manus aliq̄ esse dandū ꝙ significat nobis manus extēsio. ꝛ aliq̄ tenendū siue accipiendū ꝙ significat nobis clausio. Vnde dicit. Eccli. xiij. Mō sit manꝰ tua porrecta ad accipiendū ꝛ ad dandū collecta. ¶ Tertio ꝓpter munimentū. Est enī manus quīq; digitis munita. in quib⁹ quinq; virtutes designāt q̄ necessarie sunt homini vt opera eius sint ꝓfecta. Hī primꝰ digitus q grossior est vocat pollex eo ꝙ inter ceteros virtute plus polleat. Vnde in hoc digito designatur iustitia que inter alias omnes virtutes morales plus pollet. Vnde dicit pīs in. ij. Etīs. quod iustitia est preclarissima virtutū. ꝛ nec Lucifer nec Hesperus est ita clarus. Et ideo etiā Auicen. i tertio libro medicine sue dicit quod iste digitus scilicet pollex est iustitia omnium digitorum quia sallicet omnes alij digiti

sum ei applicantur ad quandam equalitatem reducuntur. Vnde ille manus politice habent que iusta operantur. Ideo iste digitus ꝛ quelibet alius componitur ex tribus ossibus vt dicit Constañ in quibus designatur triplex iustitie modus. Nam est iustitia distributiua. cõmutatiua. ꝛ vindicatiua. Ad primam pertinet quod dicitur ℣d at. xxv. Vnicuiq; sm propriam virtutem largitus est. Ad secundaz quod dicitur ℣d at. xx. Ite vos in vineam meã ꝛ quod iustum fuerit dabo vobis. Ad tertiam pertinet illud Eccl. xxi. Dentem p dente oculuz pro oculo. ¶ Secundus digitus vocatur index quia per ipsum res indicamus ꝛ demonstramus. ꝛ hoc pertinet ad prudentiam que nobis que agenda sunt demonstrat ꝛ ordinat. Et hic etiã ex tribus ossibus est quia ad prudentiam tria pertinent scilicet memoria respectu preteritorum: intelligentia respectu presentium. ꝛ prudentia respectu futuroruz. ¶ Tertius digitus qui est medius dicitur impudicus ex eo quod dum manus aliquid turpe tangit. hic vigitus cum sit maior ceteris prius attingit. Hic ergo digitus signat temperantiam que impudiciam ꝛ voluptatez carnis tangit reprimẽdo ꝛ moderando. ꝛ hic etiaz ex tribus est ossibus: quia temperantie triplex est modus. Est enim vna pars temperantie circa cibum scilicet abstinentia. alia circa potũ. s. sobrietas: tertia circa coitum scilicet continentia sine castitas. ¶ Quartus digitus vocatur annularis: q: i ipso annulus defertur. Sicut autem annulus in digito est fortitudo in opere que necessaria ẽ ꝓcipue in continuãdo ꝛ perseuerando. Est enim annulus sicut corona digiti quia sola perseuerantia coronatur. Et nota ꝙ digiti habent hoc proprium ꝙ grossiores sunt ante cibum ℔ post. Vnde annulus q vir ante cibum de digito trahitur facile post cibum egreditur sicut dicitur super Anforisñ. Sicut ergo digitus iciun⁹ fortius tenet ãnulum ℔ refectus. Ita homo abstinens ꝛ sobrius fortior est ad perseuerandum in bono ℔ gulosus ꝛ delitiosus. Hic etiam digitus est ex tribus ossibus: q: triplex est necessaria homini fortitudo. s. in aggrediendo quod pertinet ad fiduciam: in sustinendo quod pertinet ad patientiam: in consumando quod pertinet ad perseverantiam. ¶ Quintus digitus auricularis dicitur eo ꝙ cum eo aures scalpim⁹ ꝛ ꝫ signat obedientiam quia scriptum est in. ps. In auditu auris obediuit mihi. Et hic etiam est ex tribus ossibus q: obedientia est homini tripliciter necessaria. ¶ Primo respectu dei scilicet vt homo obediat diuine voluntati. ¶ Secundo respectu proximi scilicet vt obediat superiori potenti. ¶ Tertio vt obediat propter rationẽ. scilicet vt sit caro spiritui subiecta. ¶ Quarto humana opera assimilantur manibus propter ornamentuz. scilicet vnguium: vngnis enim in fine digiti charitatem signat que est finis precepti. Vnde sicut sunt decem digiti manuuz. ita sunt decez precepta decalogi. Sicut ergo sunt vnguces ornamẽta digitoꝝ. ita charitatis ꝑcepta sunt ornamẽta opeꝝ humanoruz. Sed notandum ꝙ vngues in quibusdaz animalibus sunt in decoris ornamentum ꝛ tuamentum sicut in hominibus. In q busdam vero sunt ad defensionis munimentum. sicut in leone ꝛ huiusmodi. In aliquibus vero sunt calciamentum vt in equo ꝛ mulo ꝛ consimilibus que omnia competũt charitati quia ipsa est que exornat iuuat defendit ꝛ calciat etiam pedes affectionum ne lapide offensionis allidãtur. ¶ Item operatio hominis assimilatur pulsui propter tria. ¶ Primo quia pulsus a corde oritur. Est enim pulsus cordis ꝛ arteriarum motus secundum dilationem ꝛ constrictionem. Cum enim cor continuo motu a centro vsq; ad circũferentiam vi sanguinis ꝛ caloris ꝛ impulsu vitalis spiritus moueatur ex tali motu vsq; ad suas extremitates dilatat. Quandoq; vero econuerso ab extremitatibus ad centruz mouetur ꝛ stringitur. Cordis igitur dilatatio ad frigidum aerem attrahendum: ꝛ constrictio ad fumosum aeres expellendum sunt causa pulsus. Sic ergo

pulsus a corde incipit ⁊ per arterias ad extremitates corporis se diffundit vnde statum corporis ostendit. Eodem modo operatio hominis bona vel mala a corde idest a mente procedit cuius dispositio bona vel mala a mente per arterias ⁊ venas idest per affectiones ⁊ cogitationes ad exteriora se diffundit per locutiones ⁊ actiones ℳath. xv. De corde exeunt cogitationes male ⁊c. ⁊ Luc. vj. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. ¶ Secundo quia pulsus a medicis tangitur. Ad hoc enim pulsus est necessarius vt per eum dispositio spiritualis virtutis intelligatur ⁊ eius operatio cognoscatur. Sic etiam per operationes bonas vel malas cognoscatur bona vel mala dispositio spiritus interioris ℳath. vij. A fructibus eorum cognoscetis eos. ¶ Tertio quia ꝓcipue in brachijs pulsus queritur. Nam in quibusdam partibus non posset plene discerni ꝓpter venarum elongationem a corde. In quibusdam propter cordis regentis occultationem. In quibusdã vero propter ꝏsium constrictionem. ⁊ ideo sapientes ad cognoscendũ pulsum arterias brachij elegerunt. Mag hoc fuit facilius: quia brachia arterias non occultant. Et vtilius quia ille arterie magis cordi appropinquant. ⁊ honestius quia nec egro nec medico verecundiam generant. Indecens enim esset plura membra corporis denudare. Sicut ergo brachia sunt instrumenta pulsus sic etiam nos brachijs ⁊ manibus operamur sed talia debent esse opera nostra ꝙ congruant honestati vtilitati ⁊ facilitati. ⁊ tunc faciliter bene operamur quando ex amore operamur: qz amor ꝺz Augu. oia facit facilia. ¶ Caplm. xlix.



Ratio cum gratiarum actione habet similitudines cum anhelitu. ¶ Primo quia in anhelitu est motus vicarius. Mag per anhelitum aer attrahitur. sed attractus postmodum emittitur: ⁊ sic vicario motu aer recipit ⁊ redditur. Similiter ergo debet homo gratiam quam recepit a deo reddere eidem gratias agendo. j. Paral. xxix. Que de manu tua accepimus dedimus tibi. Sed attende ꝙ anhelando plus de spiritu attrahitur ꝙm foras emittatur qz pars non parua in nutrimentum transit spiritus vitalis. Similiter plus a deo de gratijs ⁊ beneficijs recipimus ꝙm reddere possumus. ¶ Secundo qz anhelitus est corpori multipliciter proficuus. Est enim anhelitus aeris attractiuꝰ: quia scilicet per orationes deuotas ⁊ gratiarum actiones attrahitur spiritus sancti gratia. Vnde quanto quis plus oratioꝝ ⁊ gratiarum actioꝝ insistit: tanto sibi diuina gratia plus multiplicatur ⁊ crescit. Augmentum beneficij est beneficij eiusdem memoria ⁊ continua gratiarum actio. Vnde etiam Gregorius dicit ꝙ nõ est dignus oandis qui non agit gratias de datis. ¶ Item anhelitus est cordis ⁊ innati caloris refrigeratiuus. Innatus. n. est homini carnalis concupiscentie calor quem sicut ex parte carnis reprimit ieiunium ita ex parte mentis refrigerat oratio. Et ideo dominus dixit ꝙ hoc genus demoniorum scilicet carnaliter tentantium non ejicitur nisi in oratiõe ⁊ ieiunio. ¶ Jtem anhelitus est fumosi vaporis purgatiuus. Fumosus autem vapor sursum tendens est superbia quaꝫ oratio purgat qz mentem humiliat vt dicit Hieronymus. Vel vapor fumosus est quelibet suggestio siue cogitatio praua quam etiam oratio deuota purgat ⁊ expellit. Jsidorus Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. ¶ Jtem anhelitus est spiritus animalis nutritiuus: qz sanctis orationibus nutritur ⁊ vegetatur spiritus. Vnde Augustinus in quodam sermõe dicit. oratio refectio est ieiuniorum duritiam cordis emollit austeritatez temperat ieiunium dulificat. Sicut enim sine potu non est plena refectio: sic ⁊ ieiunium sine oratiõe nõ potest perfecte animã nutrire. ¶ Jtem anhelitus est status membrorumꝫ spiritualium ostensiuus: sic etiam per assiduitatem ⁊ delectationem orationis oãẽ

ātur q̄ homo sit vere spiritualis: quia sicut auis sepe exurgit ad volatum ita spiritualis homo sepe ad orandum. Vnde legitur de beato ꝛMartino. q̄ nūq̄ vlla hora momentumq̄ preterijt: quo non aut orationi aut lectioni insisteret inter legēdum tamen ⁊ operandum nunq̄ animus a b oratione laxabat. nam vt fabus ferarijs moris est q̄ inter operandū pro quodam laboris leuamine incudem feriant: ita ꝛMartinus duz aliquid ageret semper orabat. ¶Tertio q̄ anhelitus quandoq̄s est diminutus ⁊ quandoq̄s anhelitus est paruus ē ⁊ frigidus in peracutis febribus signus est mortis. eo q̄ significet extinctionem caloris naturalis ⁊ defectum virtutis. In acutis ergo febribus. i. in fortibus tentationib⁹ si anhelitus sit paruus ⁊ modicus. i. si parum cum frigido corde oretur timendus est casus mortis idest mortalis peccati ex eo q̄ pretendat extictionē charitatis. Vnde dominꝰ dicebat ꝛMath. xuij. Orate vt non intretis in tentationē. ¶Quarto quoq̄s q̄ anhelitus quandoq̄s est corruptus ⁊ fetidus qō accidit ex interiorum membrorum corruptione sicut in lepr̄osis quorum anhelitus est fetidus ⁊ corruptus ⁊ aliorū infectiuus. Nam inficit aerem vicinum sibi. sicut sibilus basiliscq̄ aues supra se volantes occidit. Sic ex mala dispositione ⁊ corruptiōe anime interiori oratio vel gratiarum actio aliquando est execrabilis sicut fuit oratio ⁊ regratiatio pharisei dicentis. Gratias tibi ago dñe: q̄ non sum sicut ceteri homines ⁊c. Luce. vuj. Nec enim erat corrupta per superbiam. fetida per iactantiam ⁊ lesiua aliorum per infamiam: quia alios infamabat dicens. Adulteri raptores ⁊c. Et etiam vicinum publicanum percutiebat dicens. Velut etiam hic publicanus.

¶Capitulum. l.

dentē. ſ. per humilitatē de celo. i. de altitudine ſuperbie de q̄ dicit Ysa. xuij. In celum cōſcendā. ⁊ ſup aſtra celi exaltabo ſolium meū. vel per deſcendentem de celo. i. de altitudine p̄ſplationis ad miniſteriū actionis. ¶ Quartū eſt miſericordia que notat cum dicitur amicteū nube. Aſſimilat enim miſericordia nubi eo q̄ refrigeriū preſtat ſm illud. Speciosa miſericordia domini i tēpore tribulationis quaſi nubes pluuie in tempore ſiccitatis. ¶ Quitū eſt iuſtitia. vnde dicit. ⁊ iris in capite eius. Et ſicut in iride eſt ceruleus color adiunct⁹ igneo. ita i doctore vel plato debet miſericordia iuſtitie ſociari. Pſ. Miſericordia ⁊ vitas obuiauerūt ſibi. Dec ergo iris miſericordie ⁊ iuſtitie dz eē i capite. i. in prelato ſiue p̄cipe. ¶ Sextum eſt ſapientia. que notatur cum dicitur. ⁊ facies eius ſicut ſol. Affimilatur enim ſapiens ſoli non ſolum ratiōe claritatis ſed etiam ratione firmitatis ſm illud Eccli. xxvij. Dō ſanctus in ſapientia ſua manet ſicut ſol. Attribuit etiā ſapiētia facieī quia ſicut dicit Eccli. xxiij. Sapientia hominis lucet i vultu eī⁹. ¶ Septimū eſt affectionū rectitudo que notatur ibi. ⁊ pedes eius ſicut columna ignis. Notant enī affectiones in pedibus. ſed erectio domus ⁊ alioꝝ ſuſtentatio in columna. ſz fervor ⁊ incēſio in igne ſez amoris. ⁊ ideo ex his colligit q̄ doctor eccleſie debet eſſe affectuoſus ad celeſtia erectus alioꝝ ſuſtentatiu⁹. ⁊ ad ſpūalia feruidus Eccli. xlviij. Surrexit helyas quaſi ignis ⁊c. Octauus eſt perfecta doctria que requirit tria. ſ. vt doctor ſit eruditus videlicet in ſacra ſcriptura. q̄ notatur per hoc q̄ habebat librū apertum. ¶ Itē q̄ ſit operoſus. vt q̄ō docet predicat opere impleat quod notatur p hoc q̄ō habebat in manu. ¶ Item q̄ ſit diſcretus quia aliter debet predicare carnalibus ⁊ peccatoribus qui ſignificantur p mare. ⁊ aliter iuſtis firmis ⁊ fructuoſis qui ſignificātur per terram. vel per mare ſeculares. per terram vero religioſi ſignificantur. vel per mare exiſtētes in aduerſitate per terrā exiſtentes in proſperitate q̄ bus omnibus diuerſa exhortatio cōgruit

Vnde angelus alium pedem ſupra mare ⁊ alium ſupra terram dicitur poſuiſſe. vt pes dexter eſt amor dei quo calcatur mare id eſt amaritudo ⁊ aduerſitas ſeculi pes ſiniſter eſt amor proximi qui debet calcare terram id eſt omnia terrena proximorum ſaluti poſponere Prouerbior. xij. Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt. ¶ Item doctor eccleſiaſticus debet eſſe ſimilis illi candelabro quod deſcribitur in viſione Zacharie que habetur Zacharie quarto. Vidi ⁊ ecce candelabrum aureum totum ⁊ lampas eius ſup caput ipſius. ⁊ ſeptem lucerne eius ſuper illud. ⁊ ſeptem infuſoria lucernis que erāt ſuper caput eius. ⁊ due oliue ſuper illud vna a dextris lampadis. ⁊ alia a ſiniſtris. Sic quoq; eccleſiaſticus doctor eſſe dz vt candelabrum luminoſum p ſapientiam. aureum totū p iuſticiam ſed lampas chriſtus ſup caput eius per obedientiam. vel ſuper caput eius. i. mentē fulgēs per gratiam. ſeptem autē lucerne ſunt ſeptez virtutes. ſ. tres theologice. ⁊ quattuor cardinales. ſeptē vō infuſoria ſunt ſeptē ſpiritus ſancti dona q̄b⁹ ſeptē lucernis. i. ſeptez vīrtutibus oleum gratie ſiue p̄fectionis infunditur. Ita dona p̄ficiunt vīrtutes. due oliue ſūt due vite fructuoſe. i. meritorie. ſ. cōplariua a dextris. ⁊ actiua a ſiniſtris. q̄ omnia dōt eſſe in perfecto eccle doctore. ¶ Itē doctria catholicoꝝ doctoꝝ differt a doctrina hereticorum ſicut differebant illi duo calathi. qui deſcribunt in viſione Hiere. que habetur Hiere. xxiij. vbi dicit Oſtendit mihi dominus ⁊ ecce duo calathi pleni ficub⁹ poſiti ante templū dñi. Ca lathus vnus ficus bonas habebat nimis. vt ſolēt ficus primi eē tpis. ⁊ calath⁹ vn⁹ hēbat ficus nimis malas. q̄ comedi nō poterant eo q̄ eſſent male. Iſti eni duo calathi ſūt doctria catholica ⁊ hereticā. ſz doctrina catholicoꝝ doctoꝝ eſt calath⁹ bonis ficubus plen⁹. i. bonis vbis ⁊ ſinceris q̄les ſolent eē fructus p̄mi tpis. i. ſiles doctrinis ⁊ vbis ꝓphetaꝝ q̄ fuerūt tpe p̄mi oris teſtamenti. Nam doctrina noui teſtamenti nō diſcordat a veteri ſm intellectū

mysticū. vel fructꝰ ꝓmi tpis sunt documē ta apostolorꝫ ⁊ discipulorꝫ q̄ fuerūt i eccl̄ia ꝓmitiua. a qbus moderni doctores catholici nō discordāt. Sed calathus aliꝰ est hereticorū doctrina ꝓtinens pessimas ficus idest pessimas ⁊ erroneas opiniones. Vñ a catholicis viris comedi. i. recipi vel acceptari nō possunt eo q̄ pessime sūt. Sz ambo calathi dicunt̄ eē añ rēplū dñi. qz vtraq; doctrina ꝓpalata ē in eccl̄ia xpi quanꝺ vna acceptata ⁊ altera reprobata sit.

¶ Capitulum. xij.

BOna spūssancti sūt septē q̄ a septē oppositꝫ vicijs euacuant. ⁊ ꝺ onꝺit ex sonio pharaōis qō dr̄ Gen. xli. vbi dr̄ q̄ vidit pharao somniū. Pstabat. n. se stare sup fluuiū de quo ascēdebāt septē boues pulcre ⁊ crasse nimis. ⁊ pascebant in locis palustribus. Alie quoq; septē emergebāt de flumie fede ꝑfecteq; macie ⁊ pascebant in ipsꝰ amnis ripa in locis vberrimis virētibꝰ deuorauerūt q; eas ḡrū mira spēs ⁊ habitudo corꝓrū erat. ¶ Moraliter fluuius est spūs sanctus. de quo Apoc. vlti. Ostendit mihi fluuiū aque viue splēdidū tanq̄ crystallum ꝓcedētez de sede dei. ⁊ agni. i. de substantia patris ⁊ filij. de hoc flumine ascendunt septē boues. i. septē dona q̄ dicūtur ascendere q; nos ascendere faciunt. ⁊ desiderant in bobus q̄. s. faciunt nos bonorū operū fructibꝰ abūdare. sicut boues terraz Dicūtur aūt pulchre iquātū aiam spūaliter informāt. Mimis autez. i. valde crasse dicuntur co. s. q̄ aiam mirabili dulcedine ⁊ vtutū abundantia implēt. Loca aūt palustria in quibꝰ pascunt sūt hūilīū corꝺa. de his septē donis dr̄ Isa. Requiescet super eum. s. xpm humilē spūs dñi. spūs sapientie ⁊ intellectus spūs scientie ⁊ pietatis spiritus cōsilij ⁊ fortitudinis ⁊ replebit eū spūs timoris dñi. Per septē autez boues tenues ⁊ fedas intelligunt septē vitia q̄ designantur in bobus qui terrā vertūt. qz. s. cor deprimūt ⁊ terrenis actionibus inuoluunt. hec emergūt de flumine. i. de istabilitate ⁊ fluxibilitate mentis hūane. sensus eni ⁊ cogitatio hūani cordis ꝓna sunt in malum ab adolescentia sua vt dicit Gen. viij. Dicuntur aūt fede q̄ mentem sez homines maculant ⁊ conuersationem deformant. ¶ Item sunt confecte macie q̄ euacuant pinguedinē gratie ⁊ vtutum. ¶ Itē pascuntur in ripa amnis. Amnis eni continue fluēs est vita humana. cui⁹ due ripe sunt spūs ⁊ caro. in qbus sunt loca vberrima ⁊ virentia. s. diuerse potentie aie ⁊ diuerse partes corꝓis. in qbus est viror. i. vigor vtutis. sicut in intellectu vtus cognoscitiua. in volūtate virtus appetitiua ⁊ sic de alijs. silr̄ in partibus corꝓris site sunt vires anime vt in oculis vis visiua. in auribus vis auditiua. ⁊ sic de alijs. nec est aliqua particula corꝓris in qua nō sita sit aliqua anime vis. Vnde ista sunt loca virentia. i. viribus spiritualibus plena.

¶ Item sunt loca vberrima per abundantiam actionum. Nam in intellectu abundant cogitationes: in voluntate affectiones: in fantasia imaginatiōes. ⁊ sic de alijs. In istis ergo partibus seu viribꝰ pascuntur septem vitia. q̄ auaritia pascitur in visu. Vnde vocatur concupiscentia oculorum. i. Jo. ij. ¶ Item gula pascitur in gustu luxuria in tactu superbia in appentu. Est enim superbia appetitus ꝓprie excellentie ⁊ sic de alijs vicijs. ¶ Item deuorat boues speciosas. i. spiritualiacta dona. Mā plenitudines sapiētie deuorat luxuria q̄ facit spiritualia desipere. Mam animalis idest carnalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. donum vō intellectꝰ deuorat gula. quia generat hebetudines sensus circa intelligibilia vt dicit Gregorius xxxi. ¶ Moraliter. Donum vero scientie deuorat auaritia quia peruertit rectus iudiciū. dū auarus iudicat temporalia eē eternis preponēda in eis finē suū constituēs sed donū pietatis deuorat iudicia benuolētias excludēs. Donus aūt cōsilij deuorat ira q̄ ad oia ꝓcipitanꝫ ducit. qō est contra cōsiliū. Sz donū fortitudinis deuorat accidia q̄ reddit mētē debilē ⁊ grauē. Donum autē timoris deuorat ⁊ excludit superbiā q̄ ꝓsumptuosū ⁊ audacē facit. sed Sz Gre-

¶ Moralium aliter accipiūtur ista bonis oppositā q̄ sapiam deuotā ac stultitia intellectū hebetudo scientiam ignorantia pietatem duritia mentis consilium precipitatio fortitudinem timor̄ timorem vo superbia siue presumptio. Sed notandum circa predictum somnium q̄ sicut dicunt somniorum interpretes somnia que apparent hominibus de bobus ad varia referuntur significationem. Nam aliquādo referuntur ad hominum potestatem vnde in somnio vt dicunt boues masculini generis principes plerunq̄ significare solent. Et ideo si quis somniet q̄ sedeat super bouem rubri coloris inueniet potestatem. sed egrotabūt filij eius ⁊ vxor. ¶ Itē si somniet qs q̄ in alia regione pascat boues tricornes aut quadricornes princeps intrabit terram illam ⁊ subiugabit eam sibi tot annis quot erant cornua. Aliquando vo referuntur ad temporum qualitatem sicut ex somnio prefato. s. pharaonis apparet qđ ioseph interpretatus est dicēs q̄ per septem boues pingues significabātur septē anni vbertatis per septem vero macilentas septem anni sterilitatis. Vnde dicunt somniorum interpretes q̄ siquis in somnio inuenerit vnum pinguem bouem aut plures boni ⁊ vberes anni cum complectentur ⁊ proficiet in ope suo. Si vero vitulū macrum aut bouem eiusdē modi subdiderit q̄s eos sibi annuz vel annos malos inueniet ⁊ famem ⁊ detrimentum ⁊ paupertatem ꝑm tenuitatis rationem. Quandoq̄ autem referuntur ad diuitiarum prosperitatem. Nam siquis se somniet lac bouinum comedere inueniet incrementum ⁊ diuitias maiores. Et siqs somniet q̄ cornua bonis inuenerit aut tulerit diuitias magni principis hereditabit Et siquis somniet q̄ bouem in domo sua occiderit pro quantitate carnis inueniet thesaurum principis cum timore. ¶ Itez siquis somniet se tollere de sanguine bouis aurum inueniet principis. hec dicunt somniorum interpretes. Sed q̄ id qđ dicunt ratione nō fulciunt eadem facilitate ꝓtemnitur ⁊ plerisq̄ qua dicitur secus tñ est de somnio pharaonis de quo teste scriptura certum est q̄ fuit imissum a deo. Dixit autem Joseph pharaoni audito prędicto somnio somnium regis vnum est. q̄ facturus est deus ostendit pharaoni.

¶ Capitulum. xiij.

Euangeliste figurati sunt p illa quatuor animalia. que in visione imaginaria sunt ostensa btō Johānī Apoc. iiij. vbi dicitur in medio sedis ⁊ circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante ⁊ retro. Et animal primum simile leoni ⁊ sm animal simile vitulo ⁊ tertiū animal habēs faciē quasi hominis ⁊ quartum aial simile aglē volāti: Et quattuor aialia singula eorum habebāt alas senas. Vbi nota ꝓgruitatē similitudinis. ¶ Primo ꝓpter locū q̄ in medio ⁊ in circuitu sedis. Per sedē intellige cetū prelatoꝝ in quibus deus residet alios p eos dirigēs iudicās ꝑ̄s. Regnabit deus sup gentes deus sedet sup sedem sanctā suā. Quattuor igitur aialia. s. quattuor euangeliste dicunt eē in medio ⁊ in circuitu istius sedis q̄ s. eoꝝ doctrina ipsi plani fulciuntur ⁊ ꝓteguntur. sed si in medio sedis erant qūo in circuitu vel si in circuitu qūo in medio. Ad hoc dr̄ q̄ sedes planiciem latā ⁊ amplā hr̄e videbat vt dicit glosa. Et sup planiciē sedis erant aialia q̄tuor doctores ꝓfidentes vel subt⁹ q̄tuor columne sustētantes in circuitu quasi exercubie concussodiētes ⁊ ꝓtegentes sedē. ⁊ hoc tangit glosa. Ex qbus colligit q̄ ipsi euangeliste sunt fidelium doctores sustentatores custodes ⁊ ꝓtectores. ¶ Scdo nota cōgruitatē metaphore ꝓpter numerū q̄tuor aialia erāt. ⁊ hoc cōpetit euāgelice cōscriptiōi. q̄ quattuor euāgelia ꝓscripserunt. Dñi ipsi sunt q̄ttuor fabri q̄ arma ecclesie fabricauerūt qbus se muniant ⁊ hostes expugnent. de quibus zach. i. Ostēdit mihi dñus q̄ttuor fabros. ⁊ dixi quid isti veniunt agē: qui ait dicens. hec sunt cornua que vētilauerunt iudā. ¶ Itē cōpetit eorū numerus euangelice diuulgationi. q̄. s. eorum euangelia sunt p̄ q̄ttuor ꝓce-

mūdi diuulgata ⁊ portata. Vnde ipſi ſunt q̄ttuor equi varij rufi albi ⁊ nigri. quos miſit dominus vt perambularēt terrā Zach. i. ¶ Itē q̄ttuor quadrige egredientes de medio duorū montium Zac. vi. ¶ Item ipſi ſūt vectes ⁊ quattuor arculi aurei quibus arca domini portabatur ⁊ mēſa. ¶ Tertio cōpetit eo⁹ numerus euāgelice inſtructionis q; ſcz eo⁹ euangelia inſtruūt nos de quattuor ſcz de credendis ō facīē dis de fugiēdis ⁊ de appetēdis. Credēda enim ſunt articuli fidei ſacramenta ⁊ teſtamenta. opanda ſunt precepta conſilia ⁊ miſericordie opera. fugienda ſunt peccatum infernus ⁊ purgatorium. Appetenda ſunt virtutes ſapientia ⁊ vita eterna. Vnde ipſi q̄ttuor euangeliſte ſunt quattuor columne que ſuſtentant velum. i. eccliam. ¶ Tertio eſt congrua hec ſimilitudo propter aſpectum q; plena oculis añ ⁊ retro ideſt habēta cognitionem de his q̄ deus fecit in principio ⁊ de his q̄ factur⁹ eſt in fine. vel ante ⁊ retro. i. veteris ⁊ noui teſtamēti. Vel hūanitatis ⁊ deitatis xpi vel virtutū ⁊ vitioruz. vel bonorum ⁊ malor. vel gaudiorū celi ⁊ ſupplicio⁹ inferni Omnū eni iſtor vnū ante ⁊ alterū retro dz cē. vel q; alter⁹ altero dignius. vel q; alterū fugiendū. ⁊ alterū appetendum Phl. iij Que retro ſūt obliuiſcēs ad ea q̄ ſūt priora extendens me ipſū ad deſtinatum ꝓſequor ad brauium eterne vocationis. ¶ Quarto eſt ſimilitudo congrua propter diſtinctionis modum. q; aial primum ſile leoni ſcz Marcus. ⁊ ſecundū aial ſile vitulo. ſ. Lucas. ⁊ tertiū aial hūs facīē hominis ſcz Mta deus. q̄rtū aial ſimile agle volāti. ſ. Johes. Cui⁹ expoſitionis rō dicta ē ſupra ca. xi. i viſiōe Ezechiel Si q̄rit cū ezechiel ꝓmo ponit homines ſecundo leonē. tertio vitulū. quarto aq̄las. quare iohes hūc ordinē nō ſeruauit. Ad qō dicēdū q; ezechiel ſeruauit ordiez hyſtorie. Xps eni ꝓmo fuit natus vt hō poſtea terribiliter ꝑdicauit vt leo. deinde immolatus ē vt vitulus. tandē aſcēdit in celū vt agla. hūc ordinē ꝑuidit ezechiel ſpū ꝓpphetico illuſtrat⁹. Et tō ſic ordinauit aialia ſua. Johes vō q; hec oia ipleta vidit nō ias ordiné geſte rei narrare voluit ſed magis ad fidē populū inuitare. ⁊ ñ vitulus ñ hominē nō aquilā ſed leonē poſuit vt cognita fortitudie xpi per fidez reſurrectionis aſcendant ſecurius ad vitulum. i. ad fidem paſſionis. poſtmodum ad hominez. i. ad fidez natiuitatis. ad vitulum ad aquilam. i. ad fidē aſcenſionis xpi ⁊ deitatis ipſi⁹. Mora ergo q; dz vir euāgelicus filis cē leoni in liberalitate ⁊ magnanimitate. ¶ Itē vitulo in carnis mortificatione ⁊ laborum per paſſiōe. ⁊ his homini in manſuetudine ⁊ diſcretione. ⁊ ſimilis agle volanti in celeſtiū cōtēplatōe ⁊ ꝑpalium deſpectione. ¶ Quinto ē cōgrua ꝓp volat⁹ inſtrumētū. Inſtrumētū eni volat⁹ eſt ala. q̄ multiplex erat in quolibet. Mā q̄ttuor aialia ſingula eo⁹ hēbāt alas ſenas. ſex ale ſūt ſer opa miſericordie ſpiritualis q̄ in hoc vſiculo cōtinent. Cōſule caſtiga remitte ſolare fer ora. Debz ēt doctor euāgelicus hre ſex alas. i. ſex opa inſtructiōis. qbus ſcz inſtructus reddat ad ꝑdicationis officiū exercēdū. ¶ Prima ala eſt lex naturalis. ſcōa lex moyſi. tertia prophetarum. quarta doctrina euangeli ca. quinta doctrina apoſtolica. ſexta expoſitor doctrina. Poſſunt etiam iſte ſex ale referri ad vitam actiuam ſcz ad ſex opera miſericordie corpalis qui notant Mathꝰ xxv. Eſurini ⁊ ōdiſtis mihi māducare cē. Iſtis eni alis volat in celū. Vel p ſex alas intellige cognitionē ⁊ cōtēplatiōez operū ſex dierū. quib⁹ aia volat i altū. q; p ipſas creaturas eleuat i cognitiōez dei ⁊ ꝓtēplationē ꝑ illud Ro. i. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſūt intellecta conſpiciunt cē.

¶ Capitulum. xiiij.



Ides generat potentiam ⁊ hoc oſtenditur ex viſione bti Johis q̄ habetur Apoc viij. vbi dicitur primus angelus tuba cecinit. ⁊ lecta ē grando ⁊ ignis mixta in ſanguine ⁊ miſſum eſt in terram. ⁊ tertia ps arborū cōbuſta eſt. ⁊ omne fenū viride cō

bustū est. ¶ Primus angelus potest dici fides que est prima virtus vñ Prudtius. Pria petit campū dubia sub sorte duelli Purgatura fides. ⁊ hec duo facit sez grandinē ⁊ ignē. Per grādinē significat timor inferni. Per ignē dolor ⁊ cōtritio peccati Et hec duo facit fides qñ miscetur sanguine. i. peccato. Nā ea illuminata per fidē cognoscit pena peccati. i. q obligatur penis inferni. vñ timet ⁊ dolet. Sz qr ista duo quodāmodo ex libero arbitrio oriunt iō dicit tuba cecinit. i. ex volūtate penitētis hec duo produxit. Et hoc ē qđ segt q tertia pars terre ⁊ tertia pars arborum. ⁊ omne fenū viride cōbustus ē. Per terraz intellige terrena vōa quoz tres sunt partes. Prima est pietatis in primū. secūda necessitatis in seipm tertia est voluptatis in corp⁹ ppriū. Hec. tertia pars comburit in vere penitēte. Per arbores vō status cōtemplatiuoz intelligitur ac designatur. Cui⁹ tres sūt partes. Primaest desiderū otōnis. secda studiū lectionis tertia exercitiū actōis. Et hec cōburit. Per fenū vō viride signat voluptas carnis iuxta illud Isa. xl. Otis caro fenū ⁊ omnis gloria eius q̄si flos feni. Unde omne fenuz comburi dr qr ois voluptas carnis p dolorē pēitētie abijcit apo. Sal. v. Qui xpi sūt carnē suā crucifixerūt cū vicijs ⁊ concupiscētijs.

¶ Capitulus. xv.

Audia beatorum designātur in illis aquis quas per visionem vidit ezechi. Dicitur enim. Eze. xlvij. Ecce aque redundantes a latere dextro. cum egrederet vir ad orientem qui hēbat funiculum in manu sua. ⁊ mēsus ē mille cubitos. ⁊ traduxit me p aqs vsqz ad talos. Rursū mēsus ē mille ⁊ traduxit me p aquam vsqz ad genua. Rursū mēs⁹ ē mille ⁊ traduxit me p aquā vsqz ad renes. Et mēsus ē mille torrētem quem nō potuit ptrāsire qñ intumuerūt aque ꝓfunde torrentis q nō potest transuadari. Per aquas redundātes torrentis intellige delectationes gaudiosas ⁊ copiosas quibus saucti viri i celo fruuntur Unde in ps. Torrente voluptatis tue potabis eos. Et dicuntur redundantes quia interius animam replebūt ⁊ ex ea corpa redūdabūt. Dūr ēt a latere dextro. p qō itelligit celestis patria sicut per latus sinistrū vita presens Cant. v. Leua eius sub capite meo. ⁊ dextera illius amplexabitur me. Tres autē primi mille narij signant tria gaudia electorum in patria que finita sunt ⁊ aliquatenus possūt a sanctis comprehendi. primum venit ab inferius vbi vident iustitiam dei adipiscri de quo multum gaudiū est eis sm illō ps. Letabitur iustus cum viderit vindictā. Isa. lxvi. Egredient vr videāt cadavera viroz qui prevaricati sūt i me. erit vr qz ad sanctetatē visionis omni carni. ¶ Secundum venit a mundo de pulchritudie creaturarū. Isa. lx. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabitur ⁊ dilatabit cor tuū. ¶ Tertiū venit de celo de iocunda ⁊ grata societate Isa. lxv. Exultabo in hierusalē ⁊ gaudebo i populo meo. ¶ Sed ārtū millenariū qđ nō potest transuadari est gaudiū ineffabile de diuine maiestatis visiōe. Isa. lxvij. Oculus nō vidit de⁹ absqz te q̄ pparasti expectātib⁹ te. ¶ Aliq tñ exponūt q tres millenarij qui transuadari possunt ⁊ mēsurari sūt tres sensus scripture. scilicet allegoricus ⁊ tropologic⁹. Sed quartus millenarius qui nō potest transuadari ē ārtus sensus scz anagogicus qui est de secretis celoz. que nō possūt in hac vita cōprehendi. Vel sm alios. per primum millenariū aque pertingentis ad talos itelligitur gratia incipientium. quia in talis ē hominis ichoatio. per secūdū millenariū aq̄ ptingentis vsqz ad genua intelligitur gratia proficiētiū qr in genibus est ambulatio scz per profectū virtutū ps. Ibunt de virtute in virtutem. Per tertium millenariuz qui erat vsqz ad renes intelligit gratia predicātiū qui tā⁹ viri perfecti ō bent deo spiritualcs filios generare. Nāz ex renibus est generatio. Apo. In ch̄isto enim ihesu per euāgeliū ego vos genui. i. sz per torrentē qui non potest trāsuadari i telligit gloria beatoz q̄ ineffabilis est.

Capitulū.xvi

Hereses a diabolo p̄cedunt z hoc ostenditur in visione beati Joannis que habetur Apocalipsi. viij. vbi dicitur. Cecidit stella de celo magna ardens tanquam facula.z cecidit in tertiam partem fluminis z in fontes aquarum.nomen stelle dicitur absinthium.z facta est tertia pars aquarum in absinthium z multi homines mortui sunt de aquis quia amare facte sunt.Hec stella magna fuit diabol⁹ q cecidit ō celo idest de loco angelorū vbi creati fūt Isa. xiiij.Quomodo cecidisti de celo lucifer q mane oriebaris.Et ꝙtus iste casꝰ fuerit a principio.tñ hic introducitur vbi de hereticis agit qui diu postea fuerūt in ecclesia.ex eo q̄ casus suus de celo causa est p̄pter quam ipse inducit hereses z de peccatis tentat. vt scilicet impediat homines ne illuc vadāt vñ ipse cecidit.z sic in casu heretico⁹ z peccato⁹ casus ipe diaboli quodammodo renouatur sicut causa in effectu.Vel ideo dicitur cadere.quia tūc quādo scz hereses introduxit contra ecclesiā acrius incepit desseuire. Vñ tūc apparuit malū ei⁹ Luce.x. Videbā sathanā sīc fulgur de celo cadentem. Diabolus autē dicitur stella propter scientiaz.sed dicit magna propter potentiam z potestatem.Ardens autem tanq̄ facula propter inuidiā Sapientie.ij.Invidia diaboli mors introiuit in orbem terraꝝ.z cecidit in tertiam partem fluminis z in fontes aquaruz.dicitur diabolus cadere dum homines cadere facit.Fontes autem sunt magistri z doctores hereticorum qui dicūtur hereſiarche.Flumina sunt discipuli eorū.Flumina enim a fōtibus oriunt.z postea currunt in mare.Et sic'ab hereſiarchis discipuli nascuntur.qui postea sequentes magistros suos corruūt i infernuz.Aque fōtiū sunt populi ab eis decepti idest credētes doctrinis eorum Apoca.xviij.Aquas quas vidisti vbi meretrix sedet populi sūt z gentes z lingue.Fontes igitur z flumina sunt omnes heretici z mali christiāi.q sub tertia parte hominuz cōtinent. Vna pars est totaliter infidelium puta paganorū vel iudeoꝝ quantuz ad fidei christi Alia est totaliter fidelium puta catholicorum.tertia ipoꝝ hereticoruz qui parti sunt fideles z partim infideles. Vna quidam pfitentur vnū articulū z negant aliuꝫ.z partim de xp̄o bene sentiunt z partiz male.Et in istā tertiā partem diabolus cecidit.quia.l.p eos doctrinas erroꝝ semināuit.sed quia doctrina eoruz.peruersa ē z ad infernuz ducit.ideo subditur.z nomē stelle dicitur absinthium q̄ ē herba amaritissima z ideo p̄ eam recte significat hereticorum doctrina q̄ in se amara ē propt falsitatē quā continet.z ad amaritudinē inferni trahit.z facta ē tertia pars aq̄rum in absinthium.i.predicta tertia pars hominum infecta est heretica doctrina z diabolica. Et multi homines mortui sūt ex aqs.i.ō hereticoꝝ doctrina q̄ amare facte sunt p illos hereticos male exponentes.z reuera mortui nō tātum morte aie sz etiam corporis quia multi combusti.z nota q̄ aqua.i.doctria sacre scripturē amarescit p falsam expositionem.iij. Reg.ij. Ecce habitatio huius ciuitatis optima ē i.sacre scripture.sz aque pessime sunt.i.expositiones hereticoꝝ peruerse z false.Sz nota q̄ hę aq̄ sacre scripture possūt dulcorari p salto appositionem idest per verē sapietie elucidationem. Vnde.iij Regū.ij.Egressus heliseus ad fontē aquarū misit in illū sal z ait.Hec dicit dominus Sanaui aq̄s has z nō erit eis vltra mors neq̄ sterilitas.hoc etiaz signatū fuit Exo. xv. Vbi dicitur. Murmurauit populꝰ cōtra moysen dicens.quid bibemus.at ille clamauit ad dominum.qui ostendit ei lignuz.quod cum misisset in aquas in dulcedinem verse sunt.per lignuz autem vera sapientia d̄ signatur. Pro.iij. Lignum vite ē his qui apprehēderint eam z qui tenuerit eam beatus.

Capitulū .xvij.

Humilitas facit sanctos p̄ficere z crescere multiplicet quod ostēdit ex somnio io

seph Geneſ.xxxvij. vbi dicitur q vidit ſomnium quod narrans fratribus air. Vidi per ſomnium quaſi ſolem ⁊ lunam ⁊ ſtellas vndecim adorare me. In ioſeph intellige augmentum ⁊ profectū boni q̄ ſic interpretat ſcilicet in augmentum. ⁊ in adoratiõe oſtẽditur humilitas in ſole autẽ accipitur feruor dilectionis. Vnde dicitur Iudicum. v. Qui diligunt te ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet ita rutilent. ſed i ſtellis intelligitur ſplẽdor ſiue gratie predicationis Dame. xij. Qui ad iuſtitiã eruditi plurimos erunt ſicut ſtelle ſed per lunam accipitur vigor actionis. q̄ luna maxime agit ⁊ poteſt in iſtis inferioribꝰ: q̄ ergo luna ſol ⁊ ſtelle Joſeph adorãdo ſubdũtur ſignat q̄ in ſanctis viris ⁊ feruor dilectionis ⁊ gratia predicationis ⁊ vigor bñ agẽdi per inclinationẽ humilitatis proficiũt ⁊ augent Jacobi quarto Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam ſcilicet ⁊ diligendi ⁊ predicãdi ⁊ bene operãdi. Notãdũ aũt circa predictum ſomniuꝫ q̄ ſicut dicunt ſomniorũ interpretes. Sõmia que apparẽt hominibus de ſtellis ſuperioribus variam habere noſcũt ſignificationem. Nam aliquando referunt ad hominis dignitatem. Quia magne ſtelle ſummitate ſapientes ⁊ potentes deſignant Parue vo ⁊ obſcure viles ⁊ inſulſas perſonas. Si cui autem videatur p ſomniuꝫ ſe dominum eſſe ſtellarum pro quãtitate ⁊ qualitate ſtellarum dominabitur populis. Et ſi eſt aptus ⁊ decẽs erit rex. ⁊ huic interpretationi conſonat predictum ſomnium ioſeph. Aliquando vero referuntur ad hominum aduerſitatem. quia ſtelle cadentes in mare perditionem populi a rege fieri demonſtrant. Stelle vero cadentes in terram aduerſitatem ſignificãt ⁊ mala plurima. Stelle autem deficientes in celo diuitum paupertatem ⁊ defectuꝫ ſignificant. Nam celum ſimile eſt domui videntis. ſtelle vo ſubſtãtiam ⁊ homines habitãtes in ea ſignant.

¶ Capitulum. xviij.

Ypocriſis ẽ quadruplex eſt. ſ. ꝑlatorũ. clericorũ. religioſorũ ⁊ laicorũ que deſcribũt Apocalypſis. viij. in viſiõe beati Joãnis vbi dr. Percuſſa eſt tertia ps ſolis ⁊ tertia ps lune. ⁊ tertia ps ſtellarum. ita vt ob ſcuraret tertia pars eoꝝ. ⁊ diei nõ luceret pars tertia ⁊ noctis ſimiliter. Per ſolem i telliguntur prelati. quia ſicut ſol totũ mũdũ illuminat. Sic prelati totam eccleſiam debent illuminare. ¶ Mathei. v. Vos eſtis lux mundi. ¶ Item ſol non variatur per crementa vel decrementa ſed ſtabilis manet. Sic prelati ſtabiles eſſe dñt vt nec aduerſitate nec proſperitate nec detractiõe nec adulatione moueant Eccli. xxvij. homo ſanctus in ſapientia ſua manet ſicut ſol. Horum tertia pars percutitur ſed non deciditur. quia fidem informem retinent. ſed in moribus leduntur: Horuꝫ. n. tres partes ſunt. Quia prelatorum quidã ardent ⁊ lucent. ⁊ hi ſunt prima pars. Alij ardẽt ⁊ non lucent ⁊ hi ſecunda. tertij lucent ſed non ardent ⁊ hec pars tertia percuſſa eſt quia lucet exterius ſimulata ſanctitate. ſed non ardet interius habita charitate. Hanc percuſſit dominus ¶ Mathei. xxiij. Vbi dixit. Ve vobis ſcribe ⁊ pharifei hypocrite quia ſimiles eſtis ſepulchris õ albatis. que foris aparent hominibꝰ ſpecioſa. intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum ⁊ omni ſpurcitia ſic ⁊ vos quidẽ foris apparetis iuſti hominibus intꝰ autẽ pleni eſtis hypocriſi ⁊ omni iniquitate: Vel iſte tres ptes accipiuntur ſm tres conditiones ſolis. Sol enim eſt corꝑ magnuꝫ. in quo notatur prelatorum poteſtas ¶ Item corpus latum in quo prelatorum fides. ¶ Item corpus calidum ſaltẽ in effectu. in quo prelatorum charitas. Et hec ẽ tertia pars que fere in omnibus percuſſa ẽ quia ⁊ ſi poteſtatem habent vel fides retinẽt feruore tamen charitatis carent. Per lunam vo deſignantur clerici. quia ſicut a ſole lumen luna recipit: ſic a prelatis clerici informantur ⁊ quales ſunt prelati tales ſunt clerici Eccli. x. Qualis rector ẽ

ciuitatis tales z inhabitantes in ea. Hoz autem tres sunt partes. quidam namq; sunt scholares qui frequẽtant scholas: q dam sunt scholares qui sequuntur choz Alij enim curiales qui sequuntur curias principum z regum z prelatorum. Hec tertia pars percussa est vitio simulatiõis z ambitionis. Per stellas vo intelligun tur religiosi. Stelle enim parue vidẽt z magne sunt sicut religiosi parui videntur exterius mundo magni autem interi⁹ co ram domino. ¶ Item stelle noctes illumi nant z religiosi ecclesiam Phil. ij. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. ¶ Item stelle fixe sunt z religiosi stant in claustro nisi pauci officiales qui procurãt exteriora negocia Iudic. v. Stelle manẽ tes in ordine z cursu suo cõ. Horum sũt ptes tres iuxta tria vota que vouerunt omnes scilicet obedientiam. continentiaz z paupertatem. Prima z secunda partes nõ sunt adhuc ita percusse. sz tertia pars scilicet paupertas iam omnino z fere vbi qz percussa est ita vt dicat Apostolus. Omnes que sua sunt querũt nõ que iesu christi z hoc ẽ quia refriguit z ỏfecit charitas cõtra quod dicitur Phil. ij. Nõ que sua sunt singuli considerantes sed que aliox. ¶ Item tres partes religiosorum sunt p lati officiales z claustrales. z hec tertia ps pro magna parte percussa est z lesa vitio simulationis. quia multi simulant sancti tatẽ donec sint officiales vel prelati. Et sequitur. Ita vt obscuraretur tertia pars eo rum ideſt amitteretur interius lumen il luminans eos ad dei z sui cognitionem. ¶ Quarta hypocrisis est laycoz. z hec tã git cuz dicit. Et diei non luceret pars ter tia z noctis similit. Nã nomie diei ac noctis laici intelligũt. qz nẽ dies a sole z nox a lũa z stellis lumẽ recipit. sic laici a plat̃ cle ricis z religiosis recipiũt doctrinã z iformationẽ. Horũ autẽ tres sunt partes. pri ma principantium. secunda seruientiũ vt sunt rustici z hutusmodi. tertia mediũ te nentiuz. qui primis subseruiunt vt vltimis dominentur. tamen vna istarum tri um scilicet seruientiuz maxime est percus sa. quia scilicet omnes illã expolliant z op primunt. Vel tres partes laicorum sunt. quia quidam videntur boni z sunt. qdaz vo videntur z non sunt. Et ista pars lici sit diei quantuz ad apparentiam est tamẽ noctis quantum ad existentiam. Et ideo percussa est plaga hypocrisis z ficte simulationis.

¶ Capitulum. xix.

Inspiratio dei interior ꝗliter fiat in viris con tẽplatiuis ostendit p exemplum in visiõe eli phas. que habet Job. iiij. vbi dicitur. Porro ad me dictum est verbum absconditum z quasi furtiue suscepit aur] mea vẽas su surri ei⁹ i horrore visiõis nocturne. quã do .n. solet sopor occupare hoies pauor tenuit me z tremor. z omnia ossa mea p territa sũt. z dum spiritꝰ me pscnte trã ret in horruerunt pili carnis mee z stetit ḋã cuꝰ ñ agnoscebã vultuz imago cor. oculis meis z vocẽ quasi aure leuis audi ui. nũquid homo dei comparatione iustificabit aut factore suo purior erit vir. In hac enī visione primo ostendit q diuina ispiratio fit intibiliter. z ideo vocat verbum absconditum. Verbum qr mẽtẽ in formatꝰ sz absconditũ qr nõ sensibili loc tione. sed inuisibili inspiratione ac pcce ptione sentit: Et dicit Bze. q sẽtit p hoc q humanã mẽtẽ cõtigẽdo subleuat z tẽ porales cogitatiões ỏprimẽs eternis hãc desideriis inflãmat. vt nihil ei iã nisi q̃ sup na sũt libeat. z cũcta q̃ inferius ỏ hũana p strepũt corruptõe cõtẽnat. vel dicit absco ditũ. qz quale sit nõ pỏt scire nisi q percipit Apoc. ij. Vincenti dabo manna absco ditũ quod nemo scit nisi q accipit. Vl alia de causa dicit verbum absconditum. Nã quia pauci sũt illi qui percipiũt dicit ver bum absconditum quasi paucis inspiratũ. ¶ Secundo ostenditur q interior ispira tio percipitur tenuiter cum subditur. Et quasi furtiue suscepit auris mea vẽas su surrij ei⁹. z est sensus quasi furtiue ideſt ra

ptis ⁊ occulte suscepit idest suscipiēdo cognouit. auris mea scilicet interior cordis venas susurrij ei⁹ id ē modos siue effect⁹ occulte locutionis siue inspirationis ei⁹. que dicitur susurrium propter tenuitatē quia susurrium non plena voce sz tenui flatu emittitur. Nam quādo deus se nobis plene ⁊ apperte mānifestabit tūc nobis quasi plena voce loquetur. sed nūc quia tenuiter se nobis manifestat quasi susurrādo loquitur. Non autez aut susurrius sed venas susurrij. quia diuina inspiratio diuersis ventis idest diuersis modis siue causis cordi infunditur. Unde gregorius Quasi venas susurrij apit nobis de⁹ cū latenter insinuat quib⁹ modis ad nostre intelligentie aurem venerit. aliquādo. nos amore. aliquando terrore compūgit aliquando presentia ymala sunt ostendit. ⁊ ad eterna diligenda desiderium erigit. aliquando pn⁹ eterna indicat vt post temporalia vilescant aliquando mala nostra aperit nobis ⁊ ad hoc vsq; q etiā doleamus de alienis malis extendit. aliquādo aliena mala nostris obtutib⁹ obiect ⁊ compūctos mirabiliter a nostra prauitate nos corrigit. ¶ Tertio fit terribiliter. ⁊ iō subdit. i horrore visiōis nocturne ⁊c.

Ubi nota cāz timoris. Primo ex tēpore qz i horrore visiōis nocturne: De nocte. n. hō magis timet q̄ de die. Sed moraliter sicut dicit Gre. Horror nocturne visiōis ē pauor occulte cōtēplatōis. Uūana etenim mēs q̄ alti⁹ eleuata q̄ sūt eterna p̄siderat. eo de factis temporalib⁹ grauius treme facta formidat. quia tanto se ream veri⁹ cernit. quāto se ab illo lumine discrepasse q̄ super se itermicat p̄spicit sicq; fit vt il luminata pl⁹ metuat quia magis aspicit a veritatis regula per quātā discordat eā qz graui formidine suus ipse profect⁹ q̄ tiat q̄ pn⁹ quasi securi⁹ nil videbat. Nota etiā q̄ id quod in hoc mundo de diuinis cōtēplando aspicim⁹ nocturna visio dicit propter obscuritatē. quia modicū ⁊ cum obscuritate de illo summo lumie videmus. ⁊ nihilomin⁹ propter excellū ei⁹ respectu nostri i contemplatione eius in horrescimus. Unde Apostolus videmus nūc p̄ speculū. ¶ Secunda causa timoris potuit cē ex sopore. Unde dic quādo solet sopor occupare homies pauor tenuit me ⁊ tremor. Homo enim qui soporari ac dormire icipit facilius terretur q̄ ille hō q̄ plene vigilat. Sed moraliter p̄ soporē intelligitur quies mentis ab exteriorib⁹ sollicitudinibus ⁊ occupationibus a qb⁹ quanto magis abstrahitur ad cont̄plandum superna liberior ⁊ apt⁹ iuenit Cā ti. v. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat: vn de Greg. dicit q̄ sancta mēs quo se a stre pitu temporalis cōcupiscentie cōprimit eo verius interna cognoscit ⁊ tāto alacrius ad intima vigilat quāto se ab exteriori inquietudine occultat. Et hinc ē q̄ iacob in itinere positus caput ad lapidē posuit ⁊ dormiuit ⁊ tunc habuit visionē de scala Unde etiam dominū ⁊ angelos vidit in quo significatur q̄ in itinere hanc vite ille est aptus ad diuinas reuelatōes ⁊ contemplationes qui caput ad lapidem pōit idest qui mēte christo iheret. ⁊ dormit id est ab appetitu visibilium mentis oculos claudit. ⁊ a rerum temporalium amore quescit. sed sequitur. Pauor tenuit me ⁊ tremor ⁊ omnia ossa mea. p. l. Ille enim qui illuminatur ad cōtēplādā celsitudinē diuine potētie ⁊ rectitudinē diuine iustitie pauet ꝓsiderando diuinam immēsitatem. tremit intuendo suam deformitatem. ⁊ terrētur eius ossa. q. sez expauescit etiam de his q̄ fortiter se egisse crediderat sez quādo cōsiderat diuine iustitie seueritatem. Unde hoc terrore percussus dauid dicebat. Nō intres in iudiciū cum seruo tuo domine ⁊c. Nā ois hūane vite rectitudo ad illā rectissimā diuini iudicij regulā ōducta multiplicit iuenit obliqua. sic bacul⁹ q̄ videt ad oculū rect⁹ rectissime alicui linee apposit⁹ stari apparet distort⁹. ¶ Quarto diuina inspiratio fit stabilit. ⁊ ideo sequit. Dū spirit⁹ me. presente. scz ihesu. pii. carnis. Uoie p̄sente idest ad cōtēplandū do assistēte spiritus transit. quia id quod de spiritualibus dulciter videtur nō stabilit sed in quodā transitu percipitur. quia i il

ia suauitate non diu mẽs figitur. eo q̃ ad semetipsam immensitate luminis reuerberata reuocatur. Sed sequit. Inhorruerunt pili carnis mee. Pili carnis sũt qui libet minuti defectus siue cuiuslibet superfluitatis tenues excessus. qui etiam intuitus & contemplationis virtis ex carnis corruptibilitate reperiũtur: sed illi pili spirit⁹ transeunte inhorrescunt. q; dũ homo in arce spiritualis contẽplationis elenatur etiam huiusmodi tenues defect⁹ siue excessus perhorrescit. & de illis mente cruciatur. Vel pili qui sũt superfluitates carnis sunt superflue cogitationes mentis. Vnde preceptum fuit per moysen in lege q̃ Leuite raderent omnes pilos carnis sue. Leuite quippe assumpt⁹ vocatur. ois ergo leuitas omnes pilos carnis radere quia vt q in diuinis obsequijs assumuntur debent ante oculos dei a cunctis carnis cogitationibus mũdi apparere. Trãseunte ergo spiritu pili pertimescunt. q; ante compunctionis vim cogitatiões superflue fugiũt. vt nil fluxum. nil iaz remissum libeat. quia afflatam mentem etiam contra semetipsam visitationis intime scientias inflammat vt dicit Gre. ¶ Quinto diuina inspiratio fit incomprehensibiliter. quia scilicz non ita fit vt per eaz dei⁹ comprehendatur ideo vt aperte p essentiã videatur. Et ideo sequtur. Stetit quidaz cuius non agnoscebam vultum. mens. n. contemplantis deum vsq; ad hoc quidẽ elenari potest vt cognoscat dei immutabilitatem quam significat per hoc qđ dicit Stetit quidam. Creatura enim ex se non habet q̃ stet q; sicut ex se nihil est. ita ex se in nihilũ tenderet si eam vtus dei non teneret vñ ois creatura q; dependens est a deo sm illud Arist. in libro de celo & mundo. A deo dependet celum & tota natura. Et sm illud eiusdẽ. Ab hoc quidez ente scz deo singulis derivatum est. eẽ & viuere: his quidẽ clari⁹: illis vo obscurius. Ideo ex se non habet stare sed fluere. Stare ergo ẽ ppie soli⁹ creatoris q; nulla mutatione variatur. Ja. i. Apud quẽ nõ est trasmutatio neq; vicissitudis obũbratio Dñi ipe immobilis stabilisq; manens dat cũcta moueri. Licet ergo mẽs ptemplãtis pingere possit ad cognoscendã dei immutabilitatẽ scz vt cognoscat ipsũ semp stare sicut pleriq; philosophi pbauerũt primũ principiũ eẽ imobile & eternũ. tamẽ ad hoc in hac vita nũq̃ naturaliter pingere potest vt videat dei faciẽ. i. vt cognoscat ipsi⁹ qditatẽ. & ideo subdit. Cui⁹ nõ agnoscebã vultũ Exod. xxxiij. Posteriora mea videbis faciẽ aũt meã videre nõ poteris. Posteriora dei dicunt ei⁹ effect⁹ ex quib⁹ ỗ deo cognoscim⁹ pon⁹ quid si sit q̃ quid sit. qđ esset faciez videre: sz licz ipse deus in se videri nõ possit in sua tñ imagine ideñ sibi suo filio se nobis visibilẽ tribuit sicut ipe filius dixit Johãnis. xiiij. Qui videt me videt & patrez meum. Dñs subd̃ imago cozã oculis meis. Ipe enim dei filius q̃ est imago dei sm illũ Sapiẽtie. vij. Candor ẽ lucis eterne & imago bõitatis illi⁹ mortali nra carne assũpta ẽt cozã oculis carnis visibilis nobis apparuit. Ex his ergo manifeste colligit q̃ qcquid de deo p cõtemplatiõez attigit valde tẽuiter & imperfecte cõspicitur. Et ideo subdit. Et vocẽ ẽs aure leuis audiui. Ista vox aure leuis ẽ spiritus sancti ispiratio. q̃ qz sm modũ nostre capacitat⁹ & ideo illitatis sit in nobis tõ ẽ ad modũ aure leuis ideñ temperare & tenuis. Vñ Grego. Vox dei quasi aure leuis audit. qz hac adhuc vita positis cõtemplatorib⁹ suis nequaq̃ se diuinitas sicut ẽ ipsa sz lippiẽtib⁹ adhuc mẽtis nostre oculis claritatẽ suã tenuit demõstrat. ¶ Sexto diuia ispiratõ fit vtiliter. qz p hanc homo de dei equitate & de sua hũilitate instruit. Et ideo subditur q̃ p istam vocem audiuit. Mundꝫ homo dei cõparatõe iustificabitur: Quia eñ opposita iuxta se posita magis clucescũt vt dicit Philosophus. ppter quod accidit vt dicẽ Gregorius q̃ tanto quisq; subtilius de tenebris iudicat quãto ei clarius veritas lucis cõstat. Ideo elenatus in dei contemplationẽ quãto melius conspicit recti⁹ dinẽ iustitie divie tanto clari⁹ cognoscit obliquitatem vite sue. Vñ tunc aperte vi

ãet homo q̃ in dei comparatione iustificari non põt qz vt dicit Grego. Humana iustitia diuine iustitie cõparata iniustitia ẽ qz lucerna in tenebris fulgere cernitur ſz in solis radio posita tenebraſ. tunc etiam cognoscit q̃ si aliquid patiſ iuste patitur ita q̃ de flagello dei murmurare nõ debz. Et iõ subdiſ. Aut fac. fu. pu. erit vir. Gre. Quisquis de percussione murmurat. quid aliud q̃ iusticiaz ferentis accusat: puriorẽ ergo se vir factore suo extimat si cõtra flagellum querelam paratꝰ eiꝯ se proculdubio p̃ponit cui⁹ iudicium de sua afflictione redarguit. signanſ aũt dicit factore suo qz nõ dz aliquis credere q̃ creator creaturã suã q̃ de nihilo fecit ipse affligere velit. q̃ tũc vt dicit Gre. cly phas dicit cũ voces aure lenis audiunt qz in cõsideratione diuine maiestaſ discſ q̃ hũiliter in sua aiad uersione timeaſ. z q supiora degustat inferiora equanimiſ tolerat qz plene intus cõspicit quanti extimet quod foris agit.

¶ Capitulum. xx.

MAria mater dñi assimilaſ illi sedi q̃ p visiones imaginariaz ostẽsa fuit beato Johanni Apoc. iiij. Vidi inquit z ecce sedes posita erat in celo z supra sedẽ sedens. z q sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis z sardinis. z iris in circuitu sedis similis visioni smaragdine. Huic. n. sedi assimilaſ btã vgo. ¶ Primo rõne artificii qz ad modũ z formã sedis fuit artificiata. Maz sedes est a terra eleuata inferꝰ clausa z aperta supius. Sic ipsa fuit eleuata a mundo clausa peccato z aperta deo. Psalmiſta sedes tua deꝰ in seculum seculi. ¶ Secundo ratione loci. qz posita erat in celo. s. empyreo vbi posita erat affectione z cõtemplatione z nũc est ibi glorificata etiã habitatione. Psalmiſta. Dominus in celo sedes eius vel posita idest per fidẽ firmiter stabilita in celo. i. in ecclesia militãte. ¶ Tertio ratione obsequii. qz super sedes sedẽs sc̃z xps qui licet sup eam fuerit dignitate tñ in ea sedit z quieuit incarnationis humilitate Eze. xliij. Princeps ipse sedebit in ea zc̃. Ostendit ibi etiã beatus Johannes q̃lis erat ille sedẽs. qz qui se. e. fil⁹. aſ. la. ia. z sar. Duplici lapidi assimilaſ saluator noſter xps ad designãdaz duplicem naturaz in eo. s. diuinã z humanã. Diuina natura in lapide iaspidis designaſ. qz iaspis viridis est coloris q̃ inter omnes colores magis p̃fortat z delectat visum z diuinitatis species. sup ola itelligibilia magis delectat z p̃fortat intellectũ. Humana vo natura designaſ in lapide sardinis qui ẽ coloris rubei. qz christi humanitas rubricata fuit sanguine passionis Isa. xliij. Quare rubꝫ est indumẽtũ tuuz. In visiõe seu cognitione harũ duarum naturarum totꝰ homo glorificaſ. Vñ siue ingrediaſ p intellectũ ad cõspiciẽdã diuinitatẽ. siue egrediaſ p sensum ad videndã humanitatẽ in suo saluatore pascua sueniet intꝰ in aspectu diuinitatis foris in aspectu humanitaſ. ¶ Quarto ratione ornamẽti. qz iris in circuitu sedis si. vi. sma. Et hic circaiſ etiã competit beate virgini. que suam protectionem virtutem z gratiã vndiqz extendit vniuersaz ecclesiam protegens z adiuuans. Eccli. xxiiij. Girum celi circuiui sola. Duo autem colores principales iridis. sc̃z viridis z ceruleus sunt due vtutes beate virginis quia igneꝰ est charitas cerule⁹ est castitas Sap. iij. O q̃ pulcra est casta generatio cũ charitate. Pro. vltimo. Byssus z purpura indumentũ eiꝰ. Dicitur etiã esse smaragdo similis ꝓpter virorem fidei que in ea nunq̃ emarcuit. ¶ Itẽ iris est signum clemẽtie z reconciliatiõis dei ad genus humanũ. Vnde proprie conuenit beate marie virgini Geñ. ix. Arcum meũz ponã in nubibus celi z erit signum federis inter me z terram. ¶ Item iris est arcus sine corda ad nos inclinans continua in signũ qõ non vult ferire sed parcere. Vnde etiã significat beate virginis pietatem z misericordiam que semper filium ad parcendũ z non ad feriendũ inducit dicẽs illud Joelis. ij. Parce domine parce populo tuo. ¶ Itez beata vgo assimilatur illi signo quod vidit beatus Jobes apparere in celo Apo.

xij. vbi dicit. Signum magnū apparuit in celo muliere amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius. in capite eius corona stellarum duodecim: ⁊ in vtero habens ⁊ clamabat. Vbi dignitas matris domini nostri quadrupliciter declaratur. ¶ Primo ex antiquitate in eo q̄ dicitur signū magnū q̄. s. fuit in antiquo in magnis rebus prefigurata. ¶ Secūdo ex natiuitate: q̄ apparuit in celo. i. in ecclesia militante. s. quando nata est. ¶ Tertio ex claritate q̄ amicta sole ⁊ luna sub pedibus ei⁹ ⁊ in capite ei⁹ corona stellaꝝ xij. ¶ Quarto ex fecūditate q̄ in vtero habēs ⁊ clamabat. ¶ Primo ergo beata virgo dr̄ signū magnus q̄. s. fuit ab antiquo magnifice prefigurata. Fuit. n. prefigurata beata virgo in signo celi. in signo regni ⁊ in signo belli. De primo dicitur Gen. ix. Arcum meum ponā in nubibus celi ⁊ erit signum federis inter me ⁊ terrā. Et assimilatur illi arcui quo ad q̄t tuor: p̄apuos colores qui videntur respōdere q̄ttuor: elemētis sicut dictū est supra libro. j. capitu. lxix. Ipsa eni habuit colorē igneū in feruore charitatis. ¶ Jtez lacteū in nitore sanctitatis cerulcū in compassione pietatis ⁊ gramineum siue viridem in nitore virginitatis. Est etiā aliud signū in celo cui assimilatur beata vgo. Solet eni sm cōputistas sol in medio mēsiꝰ ingredi nouus signū. In medio aūt augusti signū virginis ingreditur: sol aūt quando est in signo in quo creat⁹ est maximos dicitur habere effect⁹. Et iō in assumptione q̄ celebratur in medio augusti sol iustitie ingressus est in signum virginis gloriose: q̄ qui in virgine conceptus fuerat per incarnationē in assumptionis die ingressus est in eā per glorificationem ⁊ iō in eā ⁊ per eā magnos effect⁹ ipi mittit gratie: vt oēs possint ad eā cōfidenter accedere. ¶ Item fuit p̄figurata in signo regni. i. in sceptro siue vga aurea assueri. Nam sicut legitur Hester. v. Cū rex assuerus iudeis esset iratus Hester regina ad intercedendū se contulit: ⁊ rex auream vgam p̄o signo clemētie ad eā extēdit ⁊ placat⁹ fuit. Hec virga aurea est mater nostra virgo maria qua mediante deus humane nature siue peccatoriꝫ placatus est. Dñs ipa data est nobis in signū clemētie ⁊ misericordie ad quā fugiētes liberant. ¶ Jtē p̄figurata fuit i signo belli. De quo. ij. Macha. viij. Bato inquit signo adiutoriū dei commiserūt cū nicanore ⁊ vicerunt. Sic iudei. i. cōfitentes. s. q̄ christū ⁊ beatā vginē cōfitentur ⁊ laudāt hūt signū adiutoriū dei. s. gloriosam virginē adiutricē cui⁹ ope diabolū vincūt ⁊ in fugā cōuertūt: vñ. ps. b fi gnū pones dicebat. Fac mecū signū in bonū vt videāt q̄ oderūt me ⁊ cōfundātur. q̄ñ tu dñe adiuuisti me ⁊ cōsolat⁹ es me. ¶ Secūdo describitur ex natiuitate q̄ apparuit in celo. i. in ecclesia militāte. Tūc. n. p̄mo apparuit quādo in mūdo nata fuit Sed nota q̄ beata vgo apparuit sicut flāma sicut rota sicut stella ⁊ sicut femina. De primo dicitur Exo. iij. Apparuit dñs in flamma ignis de medio rubi. Hec flāma fuit beata virgo diuino amore inflammata in qua dñs apparuit dum incarnatus fuit. ¶ Item apparuit sicut rota. De qua Eze. i. Apparuit rota vna super terrā: iuxta aialia q̄attuor hñs facies. Hec rota fuit virgo beata ipsa. n. fuit rota demonibus terribilis. Dicitur eni q̄ leones terrētur q̄ñ audiūt strepitus rotarū. Hec fuit sup terrā. i. a terrenis elevata cogitatione affectiōe ⁊ cōuersatiōe: iuxta aialia. i. iuxta euāgelistas tēpore ⁊ familiaritate: vñ multa eos edocuisse credit ⁊ d̄ christo filio suo precipue bearum Luce. vñ ipsa hūt q̄ttuor facies. i. noticiā ⁊ fidē omnium que q̄t tuor euāgeliste de xpo scripserūt vel quattuor facies. i. quattuor virtutes cardinales. s. iusticiaꝫ prudētiaꝫ fortitudinē ⁊ tpantiam. Vel q̄ttuor facies. i. q̄ttuor aspect⁹ q̄ rum vnā ad deū vertit. p nobis intercedēdo. Alias ad paradisum. i. ad beatos eos letificādo. Letificant. n. sancti qui sunt in celo nō solū de aspectu regis sz etiā regine qua mediante saluati sunt. Tertiam vertit ad mūdū miserādo ⁊ pregēdo. q̄rt⁹ vertit ad diabolū exterrēdo ⁊ expellēdo. Dñ dr̄ cē demoniꝫ⁹ terribilis vt castrorum acies ordinata. ¶ Item apparuit vt

